



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber VI. De Feudalibus rebus, & de feudis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

- 22 Feudum ligium quae requirat.
- 23 Ligium nomen unde declinatum.
- 24 Ligium feudum, proprie feudum non esse, sed improprie.
- 25 Ligii homines & homines qui &c.
- 26 Ligii homines clientis. Clienti, Theta, Penesta qui, &c.
- 27 Sorduris apud Gallos qui.
- 28 Ligium qui sit in summa hic.
- 29 Ligius homo & cum feudo, & sine feudo esse potest.
- 30 Ligius homo a fide primo abire nequit etiam feudum refutando, nisi in alio vasallio diuersum sequamur.
- 31 Ligius homo 2. a solo domino non a curia iudicatur: Item quod in personam in hoc domino obliget & bona.
- 32 Ligius homo nemo duorum esse potest.
- 33 Omnes qui in imperio sunt, censentur ligii Imperatoris. In ligio feudo succedunt familiae, &c. In vasallitico iuramento censentur excipii ligius domini, &c.

F Eudum fidei fidelitate dictum est, seu a fide, si per quos fiat inuestitur. Et per quos recipia. lib. 2. feud. tit. 3. vnde & beneficiarius dicitur fidelis, tit. de conten. int. do. Et fidelem, de inuest. feud. lib. 1. tit. 10. Item si fidelis, quibus mo. feu. am. tit. 5. cum similibus. Sed nomen vulgare italicum & Insularum proximius accedit, quam Latinum: nam vocant fidem la fide, vnde & feudum quidam dicunt a federe. In declinatione enim Latina dicendum esset fidum. Sed fide etiam nomen ad idioma Langobardorum, qui Germanice locuti sunt, referamus, & feudum a Germanico feyd, vel weid, aut vt alii scribunt haet odium, id est, bellum & iniuriam: vnde & fida in legibus Langobardorum & Francorum communiter, pro inimicitia & bello, & inde militie vel inimicitie depellendae causa in dictum nomen, & feudatarios quasi fadarios, qui ex fide eius, qui fadam habent, sunt. Substantialis fadem feudi finitio hanc erit, vt sit beneficii, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietatis quidem rei immobilis beneficiarie penes dantem remaneat: vltus tunc vero illius rei ita ad accipientem transeat, vt ad eum heredesque suos masculos, siue feminas, si de his nominatim dictum sit, in perpetuum pertineat: ea lege, vt ille & sui heredes si deliter domino seruiant, siue illud seruitium, qualiter esse debeat, sit expressum, siue indetermi. ac sit promissum, hac finitio ex verbis, si in quibus. cau. feu. amitt. lib. 2. feudo. tit. 23. sequitur hanc finitionem ibi. fac. Aluar. Et rursum idem, & Bal. in preal. feu. Franc. Curtius, tract. feudo. parte 1. c. 6. Hostien. in Summa de feudo. Beneficij nomen genus est, quod continet alia beneficia, id est, alia beneuolentia concessiones, quam ex feudo: vt interest hominis, h. minem affici beneficio, l. seruis ea lege, de seruis ex por. P. & continent etiam privilegia, l. fin. de constit. in in P. cum similibus. Proinde quod sequitur ex beneuolentia, arguit singularem causam beneficii concessi, nempe a nictiam ipsam. Et hinc qui beneficium seu feudum accipiunt, beneficiarij saepe in feudis dicuntur. Et quia nec sub praeterita pecunia, sed h. honore & a more domini h. acquirendum est, c. 1. de feudis, da. in vicem leg. commiss. lib. 1. feud. tit. 27. Et quia beneficia libere conceduntur, l. 4. de adimon. leg. in P. l. si pignore, §. 1. de iur. in P. sequitur & feudum libera sponte tradi, d. c. 1. de feud. da. Et. Specu. tit. de loca. ver. nunc aliqua, ver. 4. in si. Et ibi Bal. in addit. Res immobilis appellatio, in hantione posita continet etiam eas res, quae inter mobilia annumerantur, si feu. cognit. lib. 2. feud. tit. 1. Ex reliquis autem verbis finitionis apparet dictum dominium penes beneficium, & vtile penes beneficiarium esse, glo. Et interpret. in §. praeterea, de capitulis Corradi. ca. 1. §. 1. de inuest. de re alien. fac. Et ibi rex. in §. fin. quia ille proprietatem retinet, hic autem in perpetuum vsum fructum accipit, de quibus, & de fidelitate, & de seruitijs postea agemus. Interim hoc notandum, rei per beneficium recte inuestite, vasallam, tanquam dominum habere potestatem in agendo, & defendendo. §. rei autem, eo. lib. 2. feud. tit. 3. Et f. superiori definitione subinde colliguntur septem res: 1. quia, vt proprie feudum dicatur, vt sponte datum sit, non coactum: 2. vt directum dominium in v. n. concedentem: 3. vt vtile transferatur in accipientem, vt consistat in immobilibus rebus, vel in his, quae immobilium loco sunt: 4. vt perpetuo transeat ad masculos liberos descendentes: 5. vt fidelitas & seruitium praestentur: 6. vt gratis, c. privilegia, de pac. const. post lib. feudorum, concedatur.

Hac f. ratione feudi sectio prior fiet in feudum proprie, & improprie: proprie feudum, quia d. illa septem ad facta improprie, quando non est ei propria natura feudi, proprie tit. de feudo no. habente propriam naturam feudi. Ad f. feudum, quod proprie feudum, refertur feudum dignitatis seu regium, feudum simplex feu-

dum nouum, & antiquum seu paternum, feudum reatum & hereditarium, feudum ligium. Ad f. feudum improprie pertinet feudum francum seu liberum, feudum non reatum, feudum personale habitationis, feudum soldate, de camera, de caeuena gardiae & gastaldiae. Regale f. feudum dicitur seu dignitatis, quod reata via datur a rege seu principe, non a minoribus vasallis, quia ducatus, comitatus, marchionatus vel alterius dignitatis, c. 1. de feu. March. lib. 1. feu. tit. 14. vt contra, feudum simplex seu non regale, quando priuata res, vt pagus, vel alia similes priuatae conceduntur, §. si quis de manso, si de inuesti. controu. fuer. lib. 1. feud. tit. 4. F. feudum regale dicitur in Gallia de hauli haubert, ac si dicas, de alta loricacione. Lorica enim haubert est, id est, feudum militie potioris, altioris, seu dignioris. Sunt f. & regna, quae ex fide aliorum pendent, quae vte feuda regalia: vt & Inas Vuest Saxorum in Anglia rex, regnum suum Romanae fedi vte regale constituit, anno domini 740. Polyd. Virg. in Angl. hist. lib. 4. singulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in singulas domos impositis. Fecit idem eius exemplo Offas Merclorum rex, qui non multo post id tempus regnavit. Hocque Angliae sacrum vte regale postea auxit Ethelolphus seu Athulphus. Et Iohannes Ricardi. I. successore postea se, postea f. suos reges fedi apostolicae beneficiarios esse spofitionem fecit anno 1112. Polyd. Virg. lib. 15. hist. Angl. Scorum quoque regnu. eiusdem iuris, c. inter alia, de immu. eccles. Carolus Andegauensis a Clemete III. Sicilia rex declaratus, praestitit pro iudice feudi superioris, censum annum, vide Bal. in extrau. de pace constan. §. privilegia, in verbo inuestituram, de pastoris, §. rursum, de senten. Et reud. Poloniae quoque regnum a Miecslao Benedicto VII. Pontifici, in fide m & feudum datum anno 980. Quod & eide fedi apostolice fecit tributarium Casimirus imperator Corrado, vt singuli colocationum obolura penderent lucerne altare perpetuo in aede S. Petri Romae, Chroner. lib. 3. de reb. Poloni. Fuerunt & hoc modo alia regna sub iure potestatis iurami olim, vt in c. ad apostolica de iud. in sexto, c. aliter, §. 6. c. grandis de supplen. neglig. prela. ca. venerabilem, de elect. in 6. Dux Austriae Fredericus rex a Caesare creatus ea lege, ne detraheret dignitas diadematis imperii, Munsterus in sua Geogra. Reges faciebat, sed sibi fideles S. P. Q. R. Dyn. H. in 3. Facta & alii temporibus id ipsum apud alios, cum ducatus vel marchatus in regni nomen transferunt. Nouum feudum dicitur, quod is cui conceditur, sit primus de coinuestituris, §. qui testes sint necessa. ad proba nouam inuest. lib. 2. tit. 9. opponitur hic verus, §. super quos sit inuesti. feu. lib. 2. feu. tit. 3. Paternum f. dicitur, quod ex primo inuestito venit vsque ad quartum gradum descendit, quae rem si excedat antiquum, quauis & promissive ista nomen vltur penter, vt pote patrao & antiquo naturae habentibus eandem, pro feudo quaesito ab aliquo ascendente patre communi agrationis, c. 1. Et hoc quoque, Et ibi Bal. de success. feu. lib. 1. tit. 8. c. 1. §. 1. Et ibi interpret. de gradibus success. in vob. feudor. §. hoc quoque, sciendum, de iis qui feud. dar. post. lib. 1. feud. tit. 1. Cui nouum opponitur, nec nouum tamen dicitur paternum refutatione ab eo facta, & in vita sua concessa a domino filijs, sed paternum, §. 1. de vasal. de resp. etat. lib. 2. feu. tit. 14. Feudum f. reatum in iure feudorum inuenitur, tit. de consu. rell. feu. lib. 2. tit. 3. sic dictum quasi purum, quod in eius constitutio ne tertia determinata, no. sunt, in c. de capit. qui curiam vend. dit. lib. 2. feu. tit. 51. aliter simpliciter feudum: nam quando sunt determinata, dicitur feudum conditionatum, vel reatum d. eam, quasi recte & secundum legitimam formulam acquiratur: vt puta, quia vasallus seu beneficiarius adeptus est possessionem eius ex licentia praecedente domini, praesentibus & assistentibus partibus curiae: aliter enim, si praesens non fuisset curia, c. 1. Et ibi §. 2. de consu. rell. feu. in c. o. quibus mod. f. u. consti. potest. Alterius reatum, id est, paternum, firmum, & perpetuum, quod irreuocabile est, c. 1. §. item si uia, alius, cum ubi nota. si controuer. fuer. de inuesti. feud. unio. c. 1. de feu. gard. Hinc f. postea act. optio. si feud. hereditarium accedit, quod nota datur, vt ad heredes possit transferri: datur enim beneficiario & eius heredibus, de hoc feudo. Andr. Barba. conf. 36. inter conf. Ale. tom. 4. conf. Minus f. autem in feudo ineffe videtur dato beneficiario pro se & suis liberis, non enim esset tunc hereditarium, sed ex liberalitate concedentis, & eius prouidentia filij tantum, no. alij vocantur, Andreas de Sfermia in §. 1. Et hoc quoque, de success. feu. p. 6. 1. qui success. renant. Ale. 3. ool. conf. 10.

In quo adhuc possit considerari alia distinctio feudi hereditarii, vt aliud sit paternum, & aliud maternum. Paterni naturae est, vt competat tantum masculis descendentibus liberis, c. 1. §. praef. Et, de l. g. Corradi, lib. 2. feu. tit. 34. Materni vero, vt primu masculis, deinceps

deinceps & feminis possit accedere, c. 1. de feud. f. u. m. lib. 2. fe. tit. 30. quomais quis pro se & liberis masculis & feminis inueituram accipiat. §. 1. de eo quis sibi & her. suis mascul. & fem. Sc. lib. feud. tit. 1. 7. Potest & dici paternum, ut diximus, ex superioribus seu a maioribus quaesitum, c. 1. §. parentum vero. de natur. success. feud. & antiquum: & materum, quod femina ex superioribus parentibus quaesitum. §. Ad t. hereditarium feudum pertinet & illud, quod dicitur reale, in quo quis non tantum sibi, sed heredibus suis proflexisse videtur. c. 8. de duob. fr. patri. a capitan. inu. fe. §. 1. Antiquiss. non tamen iure feudum ita erat in potestate domini, ut quodam vellet, possent auferre beneficiario: postea eo ventum est, ut per animum firmum esset: postea, utque ad vitam fidem praestantis: subinde usque ad filios, & eum cui illis vellet dominum feudum commisit. Et iure feudorum communi postea stabilitum, ut ad omnes filios aequaliter pertineret. Subinde ex lege Corradi prorogatum ad nepotes, fratres, patruelisque. hoc in §. & quia vidimus, de iis qui feud. dar. poss. lib. 1. tit. 1. In regis quoque, seu accipientibus, regalia autem annotandum est, de iis qui feud. dar. poss. lib. 1. tit. 1. neque agnati proximiores admittuntur, si heredes non sunt, vide Curt. iunior. tractat. de feud. part. 1. ca. 9. nu. 21. Alexand. consil. 19. in c. super eo. de quo quaerit. in c. v. led. ex illud feudum est, & ad dominum reuertitur.

21. §. Si feudum sit masculinum seu paternum, hereditarium, & filii non sint, filiae existentes heredes, in alio alibus quidem succedunt: at in feudo, neque ipsae, quae a feudis communi consuetudine excludantur, §. hoc autem annotandum est, de iis qui feud. dar. poss. lib. 1. tit. 1. neque agnati proximiores admittuntur, si heredes non sunt, vide Curt. iunior. tractat. de feud. part. 1. ca. 9. nu. 21. Alexand. consil. 19. in c. super eo. de quo quaerit. in c. v. led. ex illud feudum est, & ad dominum reuertitur.

22. §. Feudum ligium, inquit Curtius iunior, Jacob. Curt. in 1. part. tract. de feud. ca. 9. num. 22. tria requirit: primo, ut vassallus iuret fidelitatem, nullius alterius fidelitatis reservata. Secundo, ut expresse dicatur in instrumento iuramentum, quod feudum sit ligium. Tertio, quod vassallus principaliter personam suam, & consequenter bona etiam non feudalia subiciat potestati domini. §. Qui t. huiusmodi feudum habet, dicitur homo ligius. ut in clem. pastoralis. §. rursus. de sentent. & re. iudic. Albericus Krantius lib. 4. Chron. ligium Italorum verbum esse ait, & significare totalem subiectionem. Videtur enim vere illud cometa esse Italicum a ligando: unde & coniurationis seu factionis apud illos vocantur *ligues*, auctiori videlicet fide constructio ne facta.

24. §. Et si mihi proprie haec feudum non videretur, sed deditio portus in clientelam & familiam, & potestatem alterius. Ideo huius iuramentum a fidelitate feudali recte separatur, & iure feudo quoque esse docetur in consuetudinibus feudorum, ubi post firmam fidelitatis beneficiarii, in §. si. qual. iura. debe. v. asal. fidel. dom. lib. 2. feud. tit. 5. subiciuntur haec verba: si vero domestica, id est, familiaris eius sit cui iurat, aut si iureo iurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia sub iurisdictione sui eius cui iurat: nominatum vitata. membrum, puenent. & eius rectum honorem custodire iurabit.

25. §. Aliqui t. suspicantur huiusmodi homines, homalogos dictos fuisse, de quibus cautum est a Theodosio & Arcadio, in l. si. de patro. vicorum. lib. 11. tit. 24. C. Theodo. ne relinquatur antiquos dominos. Egotame a discedo ab hac sententia, cum Arcadius & Honorius loquantur de colonis, qui quidem adscripti non sunt, sed homologi, id est, qui per scripturam confessi sunt se colonos esse, unde dicuntur, non vere adscripti, sed confessionarii: id enim vox homologi designat, ut expresse declarat Augustus Caesar. in L. cum scimus. 21. de agr. & consil. lib. 11. C. tit. 47. Ita & Aniboteles, ut scribit Suidas, in verbo *homologos*, quod in Analyticis ex hypothese, id est, sub conditione iurisdictione generalis dixerat, id in Topicis specialius & quodammodo, id est, ex confesso appellauit. §. Quo t. fit, ut adducit Carlignos homines dici posse vere clientelarios, qui se in fidem omnimodam concedebant patronatum, & illorum etiam defensionem subibant. Com non dicitur, inquit Dionys. Halicarnasensis. in 2. Romulus patris is plebrius, optone cuiq. e vltimo data ut quem vellet, sibi patronum legeret. Mosane Graecis & antiquis, quod diu Thesallii vult, & Athenienses prisci, sed tum receptus in melius. Hos Athenienses tneras vocabant ob ministeria, Thesallii, penestas. Romulus honesti orti vocabulo voluit vocari clientes.

27. §. Solidarios t. esse, qui speciem clientelae apud Gallos haberent, iam ante demonstrauimus, cum de iure patronatus egyptus clientelari, ubi in illa de clientelis expl. ca. 1. post potestatem ab-

miniam in iure patronatus clientelaris, lib. 1. q. cap. 10. §. In t. summa homine ligium dico, eum qui cum suis, vel sub alterius esset principis potestate, se alicui alteri principi ligauit, vixit: fidemq; dedit, ut eius fidelitatem non praeponat. §. Et t. praeinde & hic homo ligius, & cum feudo, & sine feudo esse potest: cum feudo, si ea conditione feudum accepit: sine feudo, si amicitia sola ductus, se & sua cum illa speciali sacramento in clientelam alicuius principis venerit, & iurauerit contra omnes opem & auxilium, & in omnibus se prestiturum, fidemq; ea de re obstrinxerit, id ipsumq; clienti princeps pollicitus fuerit. §. Itaq; t. hic singulare tam in feudo ligio, & ut opinor, in sacramento ligio hominis, ut non admittatur penitentia, & homo ligius non possit ab obedientia vel subiectione eius, cui fidem dedit, abire, nec t. d. refutando absolui ab eadem, ut not. Bald. in c. ceterum, de iudic. Mart. Landen. in c. 1. 7. bol. qui feud. dar. poss. Quamquam in aliis feudis vassallus possit feudum refutare, & ita fidem datam rescindere. c. 1. de vassallo qui cont. conf. Lotharis. Sc. Quare ligius homo, qui alteri domino contra fidem datam opem fert in dominum, cui hoc sacramento se obstrinxit, etiam si iniuri tempore sit, rebellis fit. Ideo Henricus Andegavorum dicitur filius, qui Normania a rege Ludouico Galliarum acceperat, & pro eadem terra in hominem ligium acceptus erat, ab officio declinans, ab eodem rege, exercitum in uasul culpam de precari adactus est. Ammon. lib. 5. de gest. Franc. c. 54. Secundo singulare in ligio feudo, ut solus princeps de ea, non pares curia, iudicet. Bal. in d. c. ceterum. §. Item t. q. in ipso feudo veniunt omnia bona vassalli in potestate domini, etiam non feudalia, dummodo in feudo ab alio non habeat, Spec. in §. quoniam, vers. 17. de feu. quia in hoc vassallus principaliter obligat personam, quam sequuntur bona. l. si pater. de adop. in P. a. ubi. ingressi. de sacros. eccles. §. Quo t. fit, ut vnus non possit esse duorum ligius homo. glo. in clem. pastoralis. §. rursus, de sent. & re. iud. quia nemo potest duobus dominis seruire equali iure si contrarii sint, Matth. 6. potest tamen esse ligius vnus, & vassallus alterius, & vassallus plurium, in d. §. rursus, quia semper censetur in vassallico excepta fidelitas Imperatoris, l. imperiales, §. si. de prohib. feud. alien. per Feder. lib. 2. tit. 55. cuius ligii censentur omnes qui in eius ditione sunt. §. Quare t. etiam in feudo ligio succedunt feminae, Alex. in consil. 30. incip. Quoniam omne datum optimum. in 1. rom. Spec. ubi sup. vers. 21. quia instar subditi cuiusvis censetur ligius in bonis suis, quibus succedunt & feminis. l. maximum vnus. de libe. prater. vel exhere. l. legem 12. tab. de legit. her. Cui. 1. in 1. part. tract. feud. c. 8. num. 26. Et ita differt etiam a vassallo, qui non tenetur iurare dominum se eundem, contra antiquiorem: at in hoc tenetur contra omnes dominos, eum cui ligius est, iurare. c. 1. in prin. & c. contra omnes. tit. hic finitur lex, Sc. lib. 2. feud. tit. 28. §. pen. de prohib. feud. alien. per Feder.

De Feudis, quae non proprie feuda dicuntur. Cap. 3.

1. Feudum francum quid.
2. Francez hiez in Gallia, quid.
3. Mortuum in feudis ecclesiae quid. Sc.
4. In Franco feudo ecclesia secedere potest, no in aliis, & quomodo.
5. Francus feudum habens, libere de eo testari potest.
6. Non rectum feudum quid.
7. Feuda improprie habitacionis, soldata, &c. pro mercede olim remunerantia.
8. Soldata feudum quid.
9. Feudum de camera & cauea quid. num. 10.
10. Feudum gardie, & gastaldie quid.
11. Annona feudi de camera & cauea petiitur quotidie, si ad sint quib. petant, si modo dominus habeat, non aliter.
12. Feuda gardie & gastaldie quae.
13. Chastellenies & gardes in Gallia quid.
14. Castrum, & castellum castellani quid.
15. Limitanei duces & milites castellani.
16. In Gallia castellano: um auctoritas & feudum, & iura.
17. Gardianorum seu capitaneorum ius excubiaryum, dictum droff de gaet, quale. Sc.
18. Excubiaryum onus odiosum, nec exigendum tempore pacis. n. 19.
19. Excubiaryum ius tempore belli, ne vir a quinq. denariis exigere tur cautum, in oppidis vicinis hostibus: in aliis tres.
20. Excubiaryum onus non soluebat, qui Tallia nomine non pendebant quinq. solidos.
21. Excubiaryum iura sunt a feudo gardie, & gastaldie, non possunt distrabi vel alienari in alium sine feudo ipso.



- 1 **F** eudum ꝛ francum & liberum est, quod non habet propriam naturam, c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feu. lib. 2. tit. 48. sed in forma concessionis francum dicitur. Bald. in cap. inter dilectos, extra. de fide instrum. quodque qui accipit, ad alia non teneatur fertilitia, quam contineantur in forma Fidelitatis. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de prescri. in rubri. Mart. Laud. in c. 1. qui feud. dar. poss. Aluar. in 2. d. feud. in pralud. Neque ad illa que continentur in forma communi fidelitatis, de ceteris maleficiis, ad que non facienda censetur iurare. Bald. in pralud. feudo. ¶ In ꝛ Gallia dicimus quoque, franc. sicut. qui ont amortissement, id est, feuda que liberata sunt regi beneficio a seruitiis, seu praestationibus feudo impoſitis, per eius diplomata in curia computorum promulgata seu registrata, veluti quando feuda perueniunt ad personas, que natus mortuae dicantur, nempe ecclesias, vel Xenodochia, que nisi impetrent morticinium, quod vocant admortissamentum, coguntur intra annum & diem a se possessi onem feudorum abdicare. de his late disputat Rebuff. & colligit regias hac de re constitutiones tom. 1. ordin. regalum rubric. des amortissementz, francz, sicut. & noueaux acquets.
- 3 **¶** Quo ꝛ fit, vt ecclesia in feudo franco succedere possit. Bald. in auth. nisi rogati, ad Se. T. rebel. C. in vltim. col. & in pralud. feudo. quamuis aliorum feudorum incapax sit. §. 1. de alien. feu. lib. 1. feud. tit. 3. Et si feudum emanet ab alio quam a rege directo, & pendeat a vasallo, ecclesia velis qui feudum francum habere vult & liberum, a principe debet & domino vasallo quoque indemnitate se praestaturum offerre, si voue morticinium impetrauit: vel morientem, vt dicitur, & viuentem hominem dare. Et rursum quamuis de indemnitate cauerit illis, vltra & debet fidelitatis homagium vel hominum per prelatum aut per procuratorem exhibere. disputat: Egid. Magist. in decis. tit. des amortissement. c. 5. & 8.
- 4 **¶** Dixerunt ꝛ in franco feudo posse vasallum libere de co testari. Bald. in d. auth. in vltim. colum. In quo a consuetudine feud. quod proprie feudum est, recedit, c. 1. §. donare, qual. olim feu. pot. alien. vt & in eo, quod in consilio dominus possit a vasallo alienari, saluo tamen iure domini, secundum Baldum in l. 1. 2. colum. si non compet. aud. fuer. appel. qui in hoc sibi contrarius. Bald. in pralud. feud. §. d. incho. Sequitur tamen Curtius priorum opinionem. Curtius Junior tractat. feud. 1. par. cap. 8. nu. 3. ego quoque.
- 5 **¶** Non ꝛ rectum feudum, ex superioribus que in recto diximus, intelligi potest oppositione recti, & vocant hoc quod non habet legitimam ademptionem possessionis. vt in c. 1. quibus mod. feud. const. pot. lib. 2. Feud. tit. 2. §. c. 1. de feud. gar.
- 6 **¶** Porro ꝛ feuda alia que annumerantur inter improprie feuda, veluti habitacionis, soldata, de camera, de cauca, gardia, galdia, sunt pro mercedibus accipienda, quarum nomine dabantur res ad tempus, & reuocabiles. Habitatio quid sit patet. §. sed si cui, de usu & hab. apud Iustin. & tot. tit. in P. late nos sup. lib. 4. cap. 2.
- 7 **¶** De ꝛ soldata expressus est textus in §. fin. quis dicat dux, march. &c. & nos alibi de soldata & soldatis, in fine dominica possessionis, tit. de iur. patron. clientela. lib. 1. cap. 10. num. 17. & hoc feudum Baldus dicit personalissimum, quod non transit ad heredes. Bald. in pralud. feud.
- 8 **¶** Feudum ꝛ de camera est, cum ex camera, id est, ex atca domini, quis certum stipendium capit, vt de cauca, quando ex cellario, quod vocantur caue vel caueam.
- 9 **¶** Feudum ꝛ gardia, & galdia, pro dispensacione seu quum inquitur, id est, pro economatu aliquid datur. Cogitabam apud me aliquando feudum de camera scribendum loco de camera, & esse posse annonam frumenti ex horreo domini, & de cauca annonam vini ex cellario eiusdem, que datur diaria plerumque stipulatoribus & officariis regum, & summorum Pontificum, & magnatum, seu regulorum. Facit quod scriptum est apud Danielem, Daniel. c. 1. regem Arphaxat iussisse preposito eunuchorum, vt introduceret de filiis Israeꝛ & de semine regio & tyrannorum pueros, in quibus nulla esset macula, &c. Et constituisse eis annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino vnde bibebat ipse, vt enarrat tribus annis, postea starent in conspectu regis. Accedit quia camera est vas quoddam magnum, vbi triticum quod quotidiano vsu dispensatur, ponitur: sicut innuit Horatius, dum ait, lib. 1. episto. epist. 7. ad Maecenas.

Forte per angustiam tenuis vulpecularimans
 Reperat in cumeram frumenti: pastag, rursus
 Pre foras pleno tendebat corpore frustra:
 Cui musceta procul, si vis, ait, effugere isthino,

Maera casum reperies arctum, quem maera subisti.
 Et alibi, Horat. serm. lib. 1. Satyr. 1.
 Dum ex paruo nobis tantumdem haurire velinquas,
 Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?

¶ Idcirco ꝛ de penu quotidiana debet peti hoc feudum, & debet petens cum domino adesse, nec aliter potest petere, quam si in penu, seu in cumera vel cauca sit, vnde solui possit: alioquin illis euacuatis non debetur promissum: dominumque feudi dare debere intelligendum est omni ere deducto, & subducto ne egeat. hec omnia in §. 1. de nouis feudo. lib. 3. feud. tit. 5. Refert Herodotus in 2. apud Aegyptios circa regem, militum suorum, quos Galatryes & Hermotybios dicunt, mille annuo feditum fungi munere, quibus praeter praedia, que ceteris habent immunita, dantur vitrim panis tosti pondo quinae minae: carnis bubulae, binae: vini, sextarii quaterni: quae certe speciem soldatae praeseferunt. Narrat Arrianus, lib. 6. de Alexand. expedit. circa finem. apud Persas & Pafargadas fuisse Cyri Cambyse filii sepulcrum, & in ipso ad sepulcrum ascensu, exiguum quandam adicium magis exstructam, qui sepulcrum custodirent, nam inde a Cambyse filio Cyri, custodiae munere a patre in filios transmissio, atque in singulos dies eorum datum, vini que & farinae certum modum. ¶ De feudo ꝛ gardia & galdia, sentio etiam paulo aliter, quam haecenus interpretes: dicunt enim castaldionem esse actorem domini. ex gloſ. in l. fin. in verbo seruo. quod cum eo qui in alie. potest. lib. 4. C. tit. 27. gloſ. in §. item, de feud. gardia. Aluarotus explicat esse eum, cui res domini committitur gubernanda. Aluarot. in §. item illud, de feud. gard. ¶ Opinor ꝛ autem ego feudum gardia & galdia, esse concessionem ob custodiam seu defensionem oppidi, seu castri: vnde & hodie apud nos sunt gardiani & castellani, quos Chastellains in Gallia dicimus: & feuda seu loca, vnde annonas percipiunt & que tutantur, Chastellenies & gardos nominantur. ¶ Castum ꝛ nemo ambigit locum esse muris munitum, indeque castellum diminutiuum, paruum castellum, oppidum, paruum vicum muris circumdatum, Graecis οπισκοπος, nempe in κοινότητα καὶ ἀποστασὶς ζώνων καὶ ἀποστασὶς ἀπὸ τῶν ἀγῶν, vt ait erymol. id est, quies animalium & hominum ab agiorum opere. Et vbi interpretes factorum euangeliorum vertit, ite in castellum, quod contra vos est. D. Matth. 21. legitur Graece οπισκοπος εἰς τὴν ναὴν, τὴν ἀποστασὶν ἰουδαίων. Sic vbi autem vertit, circumibat ciuitates & omnia castella, D. Marca. c. 6. Et alibi. D. Matth. 14. Luca. 5. 8. 9. 10. 17. 19. 24. Vnde & castellani erant & oppidani, vt apud Liuium lib. 4. de bello Macedon. decem milia popularium cum castellanis agris tribus in armis habuit. Erit & qui praefectus castello, vbi quoque inhabitans castellanus οπισκοπος. Et castellaniam, quam vocant feudorum iura castaldiam, & gardiam. Et sunt adhuc in Gallia istius feudi vestigia in his feudis, que vocari diximus, chastellenies, & capitanneries. Nec nos remoratur, quod in feudo gardia, & castaldia reuocatio annuatim fieri poterat. §. 1. de feud. gar. lib. 1. feud. tit. 3. Nam & hoc fuisse etiam antiquitus in Gallia obseruatum, non potest negari. Sicut & hodie castrorum, & oppidorum committuntur defensiones ducibus, qui inde & mouentur. Et apud Italos id mirum non est, quibus erant quaedam administrationes reipublicae annuae tantum, vt consulatus Romae. l. Publius, 36. de cond. & demonstr. lib. 35. P. tit. 1. l. pridie. §. de feriis, lib. 2. P. tit. 12. §. iubemus nullam. de colla. in auth. l. neminem, de susceptor. lib. 10. C. ¶ Postquam ꝛ & colligere feudum hoc co-securos milites fuisse: item & castellanos esse qui in limitibus castra habebant imperii ad propellendos hostes vicinos, quibus tantum dabantur feudi limitanei, nec alii qui milites ibi non essent. l. 2. de feud. limitario. lib. 11. C. l. vni. de offic. pref. Affric. Indicat Lampridius in Alexandro, dum ait, Alexandrum Caesarem, que de militibus capta essent, limitaneis ducibus & militibus donasse, vt eorum essent, si heredes illorum militarent: nec vnaquam ad priuatos pertinerent: dicens attentius illos militaturos, si etiam sua iura defendere at. Paulus Diaconus de gestis Langobard. scribit, iussa Grimoldi Langobardorum regis, in Italia certas possessiones datas esse Alzeconi duci Bulgarorum, ita tamen, vt non dux, sed castaldus nuncuparetur, non proprii feudi iure concedens. ¶ In ꝛ Gallia castellaniam & gardiam, in proprium feudum vt plerumque hodie transeunt. Et castellanorum magna est auctoritas, vt ex consuetudinibus generalibus Galliae colligere possimus. Habent namque imperium, quod vocant altam iurisdictionem, sigillum, vt & galiam, notionem delictorum, in via publica commissorum, mensuram, & id genus simillium. in consuetu. Turonens. rubr. de droict. du Seigneur Chastell. per totum. & in con-

¶ Existat f edictum regis Gallia, 17. mensis Augusti, anni 1579. publicatum in Amorico Senatu 23. Septemb. eiusdem anni. p. r quod iuxta placitum secretioris seu privati regii consilii, 10. Martii, anni 1578. casum ne feudum seu territorium in castellaniam titulum erigatur, quin prius habeat ab omni antiquitate, altam, mediam & infimam in subditos suos iurisdictionem, & ius iudicatum, mercatus, praepositurae, prenosse, vocat, pedagii, praerogantiae, puto tutelae, in omnes sui territorii ecclesias. Qui gardiam, seu la capitaneis, habent iure gardiae accipiunt alicubi ius excubiarum, quod vocant, droit de guer. Existimo enim olim incolas pagorum seu castellanos, vt olim milites limitaneos excubias egisse pro rebus propriis cum praefecto castri, vel ad iuuandum ipsum praefectum, certas annonas, vel pecunias contribuisse, & bellis pacatis, vel vitro limitibus regni propagatis, dominos illos castellanos iura eadem postulasse, vel de his cum castellanis composuisse, vt inter castellaniam promouens ueluti hoc ius excubiarum possit, & feudum gardiae, gardiam enim uulgo custodia dicitur. Atque hoc ius quocunque tempore exigitur, vt pars fundi, arg. l. fructus, de rei vind. p. & ex conuentionis lege. Luc. de Pen. in l. cum scimus, col. 2. de agric. & cens. lib. 11. C. fecit l. quem admodum. l. eod. tit. Et eorum excubiarum nomine accipiunt aliquando gardiam, pro annona gallinae, triticum, auenam, aliave similia, vel pro numero eorum, qui ignem fouent, vel ratione rerum, videlicet quod habeant interdum annonam impositam rebus, & tunc realis hae praestatio eadem perpetuo, quae nec augetur ex numero incolarum castellanorum. Quando autem impositum ius, & exactum ratione personae fouentis ignem, tunc si ex vna domo plures fiant, totidem etiam crescit praestatio. Et ita est obseruanda distinctio realis & personalis oneris. quod ad multiplicationem pertinet. secundum Iacob. de Sancto Geo. geo. tractat. de homag. arg. l. cum ratio. S. si plures, de bonis damnat. cap. 1. de capita. qui cur. vendidit in vrb. feud. vide Papum in r. apud. are. lib. 13. tit. 5. Videlicet quado ius est de dominis excubiarum ex traditione rerum, vel consuetudine, vel pacto: alioquin enim dominus quilibet, si aliquo horum modorum hoc ius non habet, tenetur proprium propagatum seu castri proprium, & sibi subditos suis expensis defendere, cum censum ab illis accipiat: nec potest cogere eos ad excubias personales, vel ad contributionem custodiae, vt late disputatur a Nicolao Boerio, de off. 121. Chassaneo, in consuet. Burgum. tit. de feud. num. 25. Guido Papae. decis. 531. num. 5. vide Baldum consil. 248. vol. 3. & aliis per illos citatis. ¶ Nam ¶ 7 alioquin odiosa iura haec sunt excubiarum tempore pacis, maxime cum cesset causis, & ideo debet tolli effectus. c. cum cessant. 10. de appellat. in 6. l. 2. §. pen. de donat. p. ¶ Et ¶ 8 alioquando Lud. 11. mense April. 1479. Et Lud. 12. anno 1504. statuerunt, ne dominus possit in defectum excubiarum personalium tempore belli etiam exigere plus quam quinque denarios Turoneses in castellis & oppidis vicinis hostibus: in aliis longe distantibus, tres denarios. ¶ Neque ¶ 9 ad excubias etiam teneri eos, qui non soluunt nisi quinque solidos vel minus taliter: nec viduas quae non habent filios 18. annis, maiores secum habentes, non orphanos minores 18. annis. Alio quoque tempore pacis nec exigi hoc ius, nec compelli posse ad excubias. Vt etiam Senatusconsulto Parisiensis Senatus dictum 21. April. 1528. Citat Rebuff. in tom. 1. ordinat. regul. rub. de guerr. Papius citat praedictas constitutiones regias in thapodia arestorum, lib. 13. tit. 5. are. 1. ubi vido aresta alia de debitis excubiarum. sed male pro quinque denariis, quinque adiecit solidos, quod mones, vt pragmatici cauant. Sic etiam Guilielmus Bened. quem ipse in testamentum adducit, de quinque denariis, non de quinque solidis loquitur. Guiliel. Bened. in repet. 20. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine. nu. 267. in 5. decis.

¶ Sunt ¶ autem annona, quae receptae sunt ratione excubiarum ex pacto vel conuentione in feudo, veluti reales coniunctae castellaniae vel gardiae, & ideo tunc non possunt separari a castro, nec vendi, nec remitti alicui sine eo, vt placito Burdegalensis curiae dictum refert Rebuffus ubi supra, 11. Martii 1534. contra vicecomitem Chastillonii.

De Feudo nobili & non nobili. Cap. 4.

- 1 Feudi alia diuisio in nobile & ignobile.
- 2 Feudum nobile quid, & non nobile seu burgense. Plebeius quando feudo nobilitatur, &c.
- 3 Omnes ab vno parente ori.
- 4 Nobiliores equites dici a censu Romae ceperunt.
- 5 Nobilitas in maioribus virtutibus transfusa titulis in degeneres visum.

- 6 Vili conditionis homines, qui in summum nobilitatis gradum perueniunt. Arfaces, Agathocles, Cyges, Telephanes, Mandro, Viriatus, & alii.
- 7 Plebei cur nobilitari possint. & feuda nobilia accipere.
- 8 In Gallia pagani, qui dicuntur Rouriers, tenent feuda capaces.
- 9 Chassanei error: ignobiles non posse sine dispensatione tenere nobilia feuda, notatus.

¶ Lia ¶ diuisio feudi est siue proprii siue improprii in nobile & non nobile: id est, aliud est a n. b. lib. possessum, aliud ab ignobilibus: alioquin omnia feuda ad militiae subuentionem expeditionem inuenta sunt. §. fin. de allodis, §. 1. de prohib. aliena. per Lothar. lib. 2. feud. tit. 52. ¶ Baldus ¶ in prelu. feudor. vocat feudum nobile, quod possessorem suum nobilitat: non nobile, burgense. Consuetudines feudorum nouum feudum datum plebeo dicunt non nobilitare, antiqua contra. §. ceteri, quis dicat. Dux, marob. lib. 2. feud. tit. 10. Et iure rusticus, vel, vt cum Iurifconf. loquat, paganus, emens praedium nobile, non fit nobilis, Luc. de Pen. in l. cum neque. in fine, per illum textum. C. de ino. lib. 10. tit. 39. l. 2. de praed. & alius reb. nauicu. lib. 10. C. titu. 2. accedunt enim res hominibus, & non homines rebus. l. iustissime, de edil. edict. in P. Exceptis feudis maioribus, quae sunt dignitatis, & regia, qualis ducatus, comitatus, marchisatus, baronia, quae nobilitant paganos. Luc. de Pen. in l. mulieres, colum. 2. in versic. 4. ex comitatu, de dignitat. lib. 12. C. And. de Isernia in §. 1. de capita. qui curiam vendid. Sunt enim dignitates aliquae, quae nobilitant homines, qui eas adipiscuntur si digni habitus fuerint qui eas iure in principio habere possunt. ¶ Quis ¶ enim nescit nos ab vno & eodem patre primo natos? Et, vt ait Pindarus Nemeo. ode 6. strophe. 1.

¶ Et ἀδελφῶν, ἐν δεῦν νόσθ, ἐν
 Μῆδ, ἐν πύκου
 Μαλέθ, ἀποβρεθῆν.
 Διέπρεθ, ἐν πᾶσιν κλεινῆν
 Διναῖος, ὡς τὸ πᾶ ἰδῆν, id est:
 Vnum hominum & deorum genus, ex
 Vna autem spramus
 Mater vtrique,
 Distinguit omnia separata
 Virtus, hoc enim genus hominum, nobile.

¶ Patrem enim habemus primum Adamum, & matrem Euan. Genes. 1. Et post submersione vniter orbis, vnum Noachum, & vxorem eius, & liberos eius & vxores eorum, Genes. 7. 8. 9. & totum animum vnus domus: Noachus & vxor eius Tytea, filii horum Sanus, Iapetus, & Chemus, & vxores eorum: secundum Berofum; lib. 1. de tempo. ante diluuium, Ioseph. 1. de antiquita. Iudaeo. & contra Apionem, Pandora, N. e. la, & Neogla: atque idem Berofus lib. 3. eum Noachum omnium deorum maiorum & minorum fuisse patrem, & humanae gentis auctorem, & chaos, semen mundi: Tyteam vero dictam Aretiam, id est, terram (vocant enim Hebraei terram ym aretz, in quam Chaos semen posuit, & ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt, dictumque ideo Noachum Chaos, vletam, semen mundi, patrem Principum, &c. Hinc & diuites omnes & plebei, & patricii, quos discernit voluntas aliquando vnus Romuli imperantis Romae, Dionys. Halic. in 2. de antiq. Rom. Athenis autem sententia Theseli, Plutarch. in Thesoo. & alibi, aliorum opinio. Et postea, census. Cum & equites a censu nobiliores ceperunt dici. Plin. lib. 33. c. 1. & 2.

¶ Accessit ¶ & illis successione seu generationis ex istis vana obseruatio in degenerantibus a patribus filiis alienis gaudentibus, non propriis titulis.

Nam genus & proanos. & que non fecimus ipsi,
 Vix ea nostra puto. Ouid. lib. 13. Metamor.

¶ Et ¶ nobilitas quidem maiorum in illis virtus fuit, at in degeneribus, viti index & condemnatio posteriorum: Neque enim infunditur virtus posteris generatione, vt corpus: acquisititia quippe est, non natua.

Fortes. Horat. libr. 4. Carmin. ode. 4. creantur fortibus: & bonis
 Est in iuuenis, est in equis patrum
 Virtus, nec imbellem feroces
 Progenerant aquila columbam:
 Doctrina sed vim promouet in suam.
 Recte q. cultus peiora roborant,

Viciniq; defecere mores,
Dede. oran bene nata culpa.

Fuerunt eadem opinione hominum, qui primum titulum nobilitatis adepti sunt, & aliquando noui homines, & ex plebeis sepe viri nobilissimi prodierunt, qui & alios nobiles genere subegerunt & plebeios reddiderunt. Et qui ex turpibus & obscuris parentibus nati sunt, sepius patres fuerunt splendidiore, quam filii procerum: hoc enim habet vicissitudo humanæ felicitatis, vt ex alto decidat, & ex imis in alta conscendat. Nec milites, ex quibus nati sese profitentur nobiles, meliores exstiterunt vel fortiores, quam fuerunt rustici, agricolæ, bubulci, & pastores: nam sepe tales patres fuerunt. ¶ Veluti ¶ Artares obscure conditionis homo, collecta Scytharum exsulum manu Parthos subegit, Syriæ regem Seleucum & Hircanum in seruitutem redegit. Agathocles ex figulina patris officina ad regnum Siciliæ peruenit. Gyges, ex pastore rex: Telephanes, ex auriga Lydorum rex: Mandro, ex nauiculario Imperator: Virtutus ex pastore, venatore, ex venatore latro, ex latrone Lusitania: rex: Tullus Hostilius ex pastore Romanorum rex: & alius rex Tullus Hostilius ex verna & ancillula natus: Valentinianus habuit patrem funes torquentem: Iustinus ante Iustinianum Imperator, suarius, & armentorum pastor: Galerius pastor armorum, & hic Imperator Rom. Tamburlanus Scytharum Imperator ex porcario & gladiatore: Primitianus, Boëmorum rex ex bubulco. Agarænorum Mahometus ex agasone, Franci. Pfortia dux Mediolani natus ex lixa & calone exercitus. ¶ Quales ¶ tibi numero dispice, quales dignitates adepti sunt confidera. Non enim alios, qui præco morte ex pecoribus ad regnum & militiam vocabantur, refero, non Alexandrum Ilionis regem, non Saulem, non Dauidem, non similes fere infinitos. Sufficient isti ad persuadendum, nobilitari posse propria virtute homines, eosq; & dignitates maiores feudaque nobilia consequi posse. Si enim dignitates sint signa & præmia virtutum, cur in illis potius degenet leonis catulum, damamque præferemus streuissimæ & probò militi?

Si modo non census, nec clarum nomen anorum,
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit: Ouid. de Ponto.

Nam vt ait Iuuenalis, Satyr. 8.

Malo pator tibi sit Therfies, dummodo tu sis
Et cæda similis, Vulcaniag, arma capessas,
Quam te Therfies similem producat Achilles.

Ex genere nobilis, tantum præsumptione est nobilis. I. quod si nobilitas, qui mancipia, de adit. edit. P. Neque hic plura de nobilitate vera subiiciam, sed relegabo postulant ad alios. de hac copiose Tiraquei. lib. de nobilitate. glo. in l. societas. §. pro soc. in P. Barr. in l. reddatur, de professi. §. medi. lib. 10. C. & l. 1. de incol. eod. lib. 1. Idem Barr. in l. 1. de infamib. lib. 11. C. & in l. Alexandrum, de decurio. eod. lib. C. Panormit. in cap. de multa, de præben. & in cap. 1. de donat.

¶ Quare ¶ in Gallia & homines plebei, qui Gallis dicuntur, roturiers, & villani seu pagani, possunt sine regia dispensatione feuda nobilia tenere & possidere, quamuis pro illis hominum seu homagium debeant, & ita decimum in curia suprema Parisiorum. Testatur & probat Egidius Magister, in decis. tit. des amortissements, cap. 5. qui & ex natura rerum decertas adfert rationes, quod feuda sint præter ius commune, & ideo regantur consuetudinibus: & res propria natura censeantur allodiales, & ab omnibus possint iuste acquiri, &c. Improbaturque pragmaticorum vsque ad suæ tempora vsurpatam falso sententiam, ignobilem sine Principis dispensatione non posse habere feudum in Gallia. ¶ In ¶ quem errorem & lapsus Chassaneus, Barr. Chassan. in §. 5. circa finem. ver. item nemo potest. tit. des successions de bastards. dum Burgundia ignobile a feudis arceri ex consuetudine notat, arbitraturque id ipsum in tota Gallia seruari, quod Magister falsum docet.

De feudo ecclesiastico, & seculari, & aliis speciebus. Cap. 5.

- 1 Feudi alia diuisio, in ecclesiasticum & seculari: & de triplici specie ecclesiasticæ.
- 2 Alia diuisio feudorum indicata.
- 3 Alia diuisio feudi in Gallia, in prima & secunda. siefz & arrie. resiefz, & qualia.
- 4 Regula in Gallia omnia feuda moueri, & procedere a regis manu, & ad regem sepe redire.

5 Morticinius impetrari a rege debet, ab ecclesia feudum tenere volente, & quare.

6 Pro iure morticinius tertia pars feudi regi debetur, vel alia cõuentata: quinta autem pars domino patrono proximo pro indemnitate.

7 Persona manus mortua qua sint.

Alia ¶ feudorum diuisio, vt quoddam ecclesiasticum, aliud secularare sit. §. 1. de iis qui feud. dar. poss. Aluaro. in prælud. feud. in 5. diuis. Ecclesiasticum dicitur tripliciter, vel quod datur aut suscipitur ab ecclesia proprio ecclesiæ nomine: quoddam, quod datur a clerico, non tanquam ab ecclesia, c. 1. de cler. qui inuesti. facit. c. 1. quib. mod. feu. consit. pot. quoddam, quod recognoscitur ab ecclesia & clerico. §. si. de capis. Corradi.

¶ Seculare ¶ est, quod ecclesiasticum non est. Sed hæc hæc. 2. nus de diuisione sufficiant, prætermisissis aliorum diuisionib. quæ variæ & multiplices sunt, quas si quis velit excutere, consulat Iacob. de bello visû, qui in præludiis feudorum adfert. 8. Bal. qui 12. in prælud. feu. & ibid. Aluar. qui affert 22. Ioan. Raynald. in c. imperiale m. de prohib. alien. per Feder. qui ponit 8. Cardinalem & Ina. in c. fi. de feud. qui ponunt 12. ¶ Obiter ¶ tamen notandum ad huc, feuda in Gallia, prima & secunda dici, vocant siefz & arrie. siefz. Prima sunt feuda, quæ a Rege immediate concessa alicui sunt. Secunda illa, quæ data sunt a beneficiariis regis aliis, & ab aliis, iterum aliis minimis valuatoribus. Secundi, enim nomen & ad tertios quartosq; extenditur. gl. in rub. de fec. nap. C. ¶ Generalis ¶ porro hic obseruanda est regula, omnia feuda istius regni Galliarum, moueri & ¶ procedere a rege, ratione integri & pleni feudi: aut secundi feudi: & inde quædam comoda ad regem venire, secundum locorum diffinitas consuetudines. Interdum & feuda ipsa ad regem redire, & fructuum perceptionem, destitutis illis homine, vel alio modo. Et quemadmodum a mari aqua omnis oritur, & in mare redit: Eccles. c. 1. sic feuda a Principe, & ad Principem tandem redeunt. Bal. in §. ad hoc. de allodis. ver. 5. ex præmiss. Egid. Magister. in decis. tit. des amortissements. c. 1. ¶ Quo ¶ fit, ne homines, & dicti manus mortue, feuda tenere possint in Gallia, nisi gratia Principis solius, a quo ius morticinius impetrare debent, id est, dispensationem, vt possint habere. Hoc namq; regis est potestatis tantum concedere, non cuiusquam alterius, quamuis is sit patricius seu par Franciæ, vel regulus, vel patronus mediatas feudi. Et ita decimum esse tradit Egid. Magister ubi supra, quia & solum Principem Constitutum Magni ecclesiæ permittit legitur. c. videntes. & c. futuram, 12. q. 1. l. 1. C. de sacros. eccles. habere & possidere temporalia, cum ante præter decimas, oblationes, primitias, & vota non caperet ex lege Moïsi. Dicit. c. 10. cum sim. Et quia compendia feudorum ratione militiæ ad Principis terulium referantur, vnde ius illius sine eius auctoritate minui non potest. Idem quoq; de re indi. in P. ¶ Itaque ¶ ideo ius morticinius solus datur, & solus in remunerationem capit tertiam partem valoris feudi, vel aliam, prout cum rege conuenit, in locum eius iuris quod ei decedit. hæc dispensat per plures rationes Rebus in 1. par. ordin. reg. rubr. des amortiss. Egid. Mag. eo. tit. c. 1. 2. Quod si nõ obtineatur morticinius, iubet rex solus possessores manus mortuæ, rem a mancipio eximere: dominus tamẽ patronus proximior, a quo immediate feudum mouetur, habere non potest: sed sufficit illis, si homo viuens moriens, & confiscans detur a personis manuum mortuarum, & si iura ei debita soluantur, Egid. in d. tract. c. 6. vel indemnitas præstetur, pro qua accipit ex quæstis quintam partem rei in perpetuum, vel fructuum omnium per quinquennium ex constitutione Turonum. in consuet. Turonum, tit. de indemnitate. art. 2. Andium vero, trium annorum. in consuet. Andium. tit. des seigneurs temporelz. art. 37. 38. Placuit tamen Regi 1277. quod quibus Archiepiscopus Rhemenfis, & episcopi pares Franciæ non possint amortizare (sic loquitur constitutio) domanium suum, nec feuda quæ ab ipsis tenentur immediate, possint tamen sua Retrofeuda amortizare. Alii autem episcopi qui non sunt pares Franciæ non possint nec domanium suum, nec sua retrofeuda. Resert illam consuet. Egid. in d. tract. c. 2. Cui & subscriptum placitum curiæ supremæ Parisiorum 1270. ¶ Inter ¶ personas, manus mortuæ ¶ sunt, ecclesiæ, capitula, collegia, fratritæ, communitates: ita autem nominantur, quod nunquam mori dicuntur: quia semper idem sit capitulum, eadem ecclesiæ, collegium, & ciuitas per subrogationem. argum. l. proponebatur, de iudic. in P. Et proinde bona quæ semel huiusmodi contingunt, nunquam manus mutant, nec dominium: quod tamen non accidit in particulari possessore alio, a cuius manu res exit multis modis, vt venditione, donatione, testamento

amento, morte, confit. Carol. VI. & Franc. I. anno 1520 &c. Obferuāt tamen confuetudines locorum, quia hominibus maius mortuū iubetur constitutionibus regis intra annum & diem a fe bona hæc abdicare, vt domini feudales poffint coram iudice petere alienationem hanc, fi nolint in demeritatem, & fi ius morticini non impetrariat: fieri tamen hanc intra annum & diem de rebus folum quæfitis intra quadraginta annos: ac in ante quæfitis & per 40. annos poffeffis, non effe illis hoc ius. confuet. Andium, art. 17. & 38. Maine titu. des bas iusticiers. art. 41. & 42. Turone. iun. de indemnitate. art. 1. & 2. Orleans tit. des fiefs, art. 99. & 100. Sens de moienne Iustice art. 5. & des fiefs. 174. cum fimil.

De rebus in feudorum cauffa considerandis.

Cap. 6.

- 1 Res feudales consideranda generaliter. & secundum feudum natum.
- 2 Stipendiaria prædia qua. & tributaria.
- 3 Prædia militibus & veteranis assignata.
- 4 Impendia in militia vnde per varia tempora sumta. & apud nationes varias.
- 5 6 Feudi clientelares militibus, quando & quare dati. in Gallia, & Rome. & alibi: Ratiog. principalis vt effe exercitus ordinarius & paratus.
- 7 In Gallia quomodo vasalli armati, debeant certis temporibus operam bello.
- 8 Ban & arriereban vnde, & quid in Gallia.
- 9 Res qua in feudum dantur, debent esse dantis.
- 10 Feudum habens minoribus vassallis dare in feudum potest partiaris.
- 11 Communis res in feudum pro parte diuisa datur.
- 12 Dominus quando potest feudum, quod successorem non habes, viuente vassallo alii dare.
- 13 Dominus ius feudi quod habet inuito vassallo, potest dare maiori vel equali, non inferiori.
- 14 Res ecclesiastica quando in feudum dari possit. & res minoris.
- 15 Res qua in feudum datur, debet esse immobilis, aut qua pro immobili habetur.
- 16 Rex quas possit res regni sui in feudum dare.
- 17 Res domani regni Gallie in alienabiles. nu. 19.
- 18 Vasconia & alie ciuitates data a rege Gallie Anglis in sedere, referuato iure summo.
- 19 Prohibito & domanii alteratio regibus Hispaniarum, & regibus Cyri.
- 20 Domani esse qua dicantur.
Vnta diademati per Joannem regem Gall. 1361. mense Nouemb. ducatus Normanie, Capania, comitatus Tholoianus: & 12. Cal. 1401. Aquitania a Carol. VI. Pictones a Carolo VII. 1436.
- 21 Regni diuisio Galliarum inter filios Clodouei, & rusum inter filios Clotarii bella famissima peperit.
- 22 Filiis regis post primogenitum data quadam iure appanagii, & quid appanagium.
- 23 Limitata summa Pariagii liberorum regis Gallie a Carolo V. ad duodecim milia aureorum annui prouentus, cum honorario comitatus titulo, & octingentis millibus semel numerandis: filiarum autem ultra dotem, limitatum pariagium ad sexaginta milia libellorum. Et pro his fiduciario iure data res regni in pariagium.
- 24 Res domanii, interdum viris eximii a rege in feudum recte data.
- 25 Ex duabus cauffis domanium in feudum pariagii, & necessitatis belli.
- 26 Feuda in diuisibilia regnum, ducatus, marchionatus, & similia.
- 27 Res que in feudum dantur considerande sunt, & natura earum: primum generaliter, de hinc eundem cuiusque feudi naturam. ¶ Putant aliqui. Guil. Benedict. in c. Raynut. ad verba, & uxorem nomine, decif. 3. nu. 3. stipendiaria prædia dicta fuisse apud Iustinianum, in §. per traditionem, de rer. diuis. quod militibus essent assignata pro stipendiis: cum tamen longe aliter Theophilus, in §. est & alud genus, de rer. diuis. lib. 2. In §. i. t. i. interpretatur his verbis: Quidam apud veteres Romanos Imperator hic fuit Augustus Cæsar. Strabo, in fin. Geograg. cum toto orbe sebatto, virtus eius in magna admiratione esset, prouincias omnes diuisit. & quasdam sibi retinuit, alias populo reliquit. Quas populus acceperat, ea stipendiaria dicta sunt, quod stipes regiorum sine collatione significet, & particulatim i genti, aliarumq. rerum fidei collationem. Et inde factum est, vt prouincie stipendiaria dicerentur, & deinde con-

sequenter domus & prædia stipendiaria. Imperatoris vero prouincia dicta sunt tributaria. Quoniam tributum est grane aliud vectigal, quod princeps prouinciæ sibi suis indicebat, eo nomine, quia magis alendis exercitiis sumis faceret. Qui autem ex largitione populi vel principis, stipendiaria vel tributaria habebant, prædia domini illorum non erant: verum dominium, aut apud populum erat, aut apud principem, sed vniuersum coram habebant, & plenissimam detentionem, ita vt & transferre possent, & ad heredes transmutare. Vlpianus quoque in l. ager, 27. §. 1. de verbor. signific. stipendium a stipite appellatum est, quod per stipes, id est, modica era colligatur. Idem hoc etiam appellari tributum Pompeii ait, & sane appellatur a contributione tributum, vel ex eo quod militibus tribuatur. Quibus verbis significatur, non prædia militibus data, sed ex prædiis stipem collectam in militum usum datam, & tributa potissimum. ¶ Veruntamen non ibo in ficias, agros militibus fuisse assignatos aliquando ab imperatoribus, etiam inuitis possessoribus, Vp. in l. item si verberatum, lib. 5. §. item si forte, de rei vind. l. 6. P. tit. 1. & in præmia veteranis iussu principum. Paul. in l. Lucius, 11. de eu. l. 2. P. tit. 1. ¶ Sed id non semper obrinuit, sed vltimū mos impensarum 10 milites. Et primum, vt ait Diony. Halicar. Rom. vsq; ad tempora Tulli regis, suis sumtibus militabant: postea decretum a Senatu ab Vrbe coadita anno 348. quo tempore Anxur oppidum, nunc Terracina dictum, a Romanis captum est, vt stipendium militi de publico daretur, cum ante id tempus de suo quisq; fundus eo munere esset, vt ait Lilius lib. 4. decad. 1. Et Græcos habuisse stipendiarios milites, & binas drachmas in dies accepisse pedestres, & classarios testatur Thucyd. in 3. Erant & in Gallia arcuarii vocati, archers, stipendiarii ex edicto Caroli VII. regis accipientes quaternas libras Turon. in singulos menses. Satisq; nunc sciunt, & valde ægre ferunt aliqui, pro ærario militari, vt olim apud Romanos, in ditiones, & taleas impo- nunt, & taleones, & superexactiones, vocant, la solda. ¶ Ultra hęc in remunerationem strenuorum actuum a militibus, peractorū, vtq; illis promptior animus & cōmodior res ad bellū iterum subeundum, in Gallia quoq; fundi clientelares in fidē & operā militarem dati sunt. Quamobrē etiā nunc certis tēporis spatii tenentur suis sumtibus bello iussu principis ad esse loricati, vel caligati, vel alio modo armati, prout in fide iurauerunt. Vocamus conuocaciones in Gallia ban & arriereban, de quib. exstant regie constitutiones. Sic captis Venis, agros Veientanos S. P. Q. R. diuisit. Lini. in 2. & Plin. de viris illust. Et post bello Capano feliciter peracto, militi bina in Latio iugera, terna in Falerno assignauit. Lini. 8. ¶ At hęc fuerunt ista prædia militaria ratione feudorū, vel fidei, non semper perpetua, non ad nutū domini, vel omni tempore, & continuo præstanda, sed ex lege feudi, & certo tēpore. Corn. Tacit. lib. 20. annal. Nā & Tacitus refert Batauos Rom. viros tantū armaq; suo tempore ministrasse. Sic Boleslaus rex Polonorum distribuit equitibus Polonis Sattapias, quas ipsi vocāt Palatinatus & districtus, in quibus Palatinus qui præest, certū numerum armatorū militum, in expeditionem indictā educere tenetur, idq; cōstitutū circa annū dom. 1020. Mart. Chromerus in reb. Poloni. Hippodamus que quē qui primus de optimo statu reipub. & ciuitatis tractauit, diuisit regionem in tres partes, sacrā, publicā, priuatam: vt ex sacrā, cultus Deo fieret, ex publicā bellū ppullatores alerentur, priuatā autem, agricolatū esset. Arist. lib. 2. Polit. c. 6. ¶ In hęc Gallia quoq; feuda nobilibus data militie caussa dubitandū non est, vt esset militaris exercitus, equelstris & pedestris ordinarius seu paratus. Et id onera ipsa feudorū indicant, q̄ sunt militaria, & cū bannū & retrō bannū cogitur, paratā habere debent opē secundū modum præscriptū annorum in feudi traditione, in const. Franc. r. des fiefs. & arrierefiefs, §. lan. 1539. Et si traditio nō exprimat, secundū puentū, vt qui feudum vel retro feudū habet, puentus annui 600. librar. aut quingentarum, exhibeat equitū loricatū grauis armaturæ: si 300. aut quadringentarum, equitem leuis armaturæ vel peditem cū seruo sclopetatū: si 200. aut 300. librar. peditem, haltatum, armatum, & galearum: si minus habeat, contribuatur cum minori pro rata parte. in const. Franc. r. facta apud Blesfos, 19. Mar. 1540. ¶ Ban hęc dicimus quasi p̄ totum, extremū delectum & generalem militum. ¶ In hęc rebus dandis de nouo in feudū, regula illa seruanda, vt res cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari possit. §. sed etiam res per quos fiat inuestit. lib. 1. tit. 3. Eius itaque esse debet qui beneficium dat, nec si beneficium rei alienā faciat, fur dicatur. l. si pignore, §. 7. de furt. P.

¶ Qu. hęc etiam feudum habet, partem in feudum minoribus 100. vassallis dare potest, §. 1. quis dica dux. Marchidum modo milites

- 11 **¶** sint, & idonei seruitio, & ei æquales. *cap. similiter, de lege Corradi. lib. 2. Feud. tit. 34. ¶ Communis ¶ tamen res cum alio potest in feudum dari, videlicet pro ea parte, quæ communis sit, quæ communi diuidendo potest separari. §. item sciendum est, de nota feu. in 2. lib. feud. l. 1. §. 2. com. diuid. P.*
- 12 **¶** Potest ¶ & dominus feudum, idem feudum, quod successorem non habet, id est, si illud non transeat ad heredes viuentis vasallo, alteri dare, & cum inuestire: ita tamen ut is non accipiat feudum priusquam vasallus, qui eum possidebat, mortuus sit: vel donec feudum, ut dicunt, fuerit apertum, id est, donec acciderit casus, quo dominus concedere possit. §. 1. qui successore, tenean. lib. 1. feud. tit. 9. §. mortuus, si de feud. d. f. conten. si in. domin. & agnat. vas. lib. 2. feud. tit. 26. Sic enim viuentis vasalli a domino sub conditione quando apertum fuerit, recte non pure conceditur. §. 1. de cleric. qui inuest. fecit, lib. 2. feud. tit. 35. At si feudum admittit successores, illa concessio feudi non valet, utpote de iure & re alterius facta. *cap. si quis, de feudo dato in vicem leg. commiss. lib. 1. feud. tit. 27. c. si quis fecerit, quo tempore miles inuestit per. deb. lib. 1. feud. tit. 22. Quia nemo debet priuati possessione sui beneficii sine culpa nec cum culpa, nisi per curiam. c. sancimus, eod. tit. quo temp. milit. inuest. per. deb. In aliis spei certam futuræ actionis intercedente donatoris voluntate, posse transferri non immerito placuerit, l. spem 3. c. de donat. lib. 1. tit. 5. l. pactam, de pact. in fin. P. nemp quia in diem, vel sub conditione futurum est id accidere, & ita vendi & donari potest. l. nomina. & l. multum, de hered. vend. in P. l. nec emt.*
- 13 **¶** de contrahend. emt. in P. ¶ Sic ¶ dominus ius feudi quod habet inuito vasallo alienare potest, si modo aut maiori aut æquali domino vendat, ex consuetudine Mediolani, quæ obtinet contra legem Corradi: inferiori non potest sine consensu vasalli. §. ex eadem lege, de lege Corradi, lib. 2. feud. tit. 34. Et sic intelligunt prohibitionem alienandi feudum inuito vasallo, domino a Frederico factam. §. præterea, de prohib. alien. feud. per Feder. lib. 2. feud. tit. 55.
- 14 **¶** Res ¶ ecclesiasticæ communi iure in feudum nouum dari non possunt, §. 1. episcop. vel abbat. vel dominum pleb. feud. dare non poss. lib. 1. feud. tit. 6. quia inalienabiles sunt, titul. de non alien. reb. ecclesiast. in an. & l. ambemus. & authent. de sequentibus, de sacrosan. eccles. c. tota. 1. 2. quæst. 2. ut suo loco Deo fauente docuimus. in contrah. emt. dum de reb. agimus. Et Urbanus summus Pontifex hoc statuit de feudo in Synodo. can. 2. & fin. de consuet. Cuius constitutio ad feuda antiquiora & constituta non referebatur, prout constitutiones fere omnes, si contrarium non caueatur, ad futura non ad præterita pertinet. Et proinde licet prælatis infundare, prout fuit consuetudo, & ita concedere antiqua feuda, non noua constituere. §. 1. de his qui feud. dar. poss. lib. 1. feud. tit. 1. Et feudum antiquum reuerfium ad ecclesiam, potest iterum in feudum dari, non obseruatis solemnitatibus, quæ in alienatione rerum ecclesiasticarum exiguntur. *lac. de Curie in tra. Etat feud. in 2. part. c. 1. & 2. in 3. & 4. de tempore & actibus requisitis ad consuet. infundandi inducendam.* Quia hæc repetita infundatio noua non est: sed potius executio primæ, *Paul. de Elezaro in clem. 1. de refor. & a primordio tituli posterior formatur euentus, ut res semel ecclesiæ emphyteotica semper talis dicatur, l. 1. de impo. lucra. descript. lib. 10. C. res que semel alienabilis, postea que quæ talis est. l. pater, §. quindecim, de leg. 3. Accedit quod minorum & ecclesiæ æqua sunt priuilegia tere in distractione rerum. glo. in l. de senten. aduers. sisc. retrat. lib. 10. C. cap. 1. & 2. de re. sicut. in integr. Cum itaque minor antiquum feudum sine solemnitate alienationis suorum bonorum possit iterum concedere, noua constitutere non possit, §. 1. per quos fiat inuestit. id ipsum erit in ecclesiæ admittendum. Verumtamen hoc intelligendum est, quando res ad ecclesiam rediens non fuit melior, quam eum primum in feudum data est: alioquin enim si multo melior redeat quam data sit, at bitor cum Panormitan. in cap. ut super, de reb. eccles. non alien. facit c. 2. de feud. appell. Gregor. in ver. si videris expedire. solemnita distractionibus ecclesiasticis requisita adhibenda esse, ut sciamus num expediat ecclesiæ ita fieri. Potissimum si ecclesia tempore, quo ad eam res redit, exciderit facultatibus: Satis enim est ecclesiam rem illam tunc retinere, quam aliis concedere, etsi infundata antea sit. *notat. Jac. de Bellovisu in c. 1. in prin. qui feud. dar. poss. facit doct. c. 2. in verbo si videris expedire, de feud. Sed & si ea lege relicta ecclesiæ res sit, ne infundetur, l. ubi. Aluarot. in cap. 1. qui feud. dar. poss. per text. in §. sanctissimas, de aliena. & emphyt. in an. legi obtemperandum erit.**
- 15 **¶** Res ¶ deinceps in feudum data debent esse immobiles, soli,

vel solo coherentes, §. si de feud. cognit. lib. 1. tit. 1. l. 1. §. 3. vnde vi. aut ex earum genere quæ inter immobilia connumerantur, d. §. fin. vel ut cum de camera vel de canea constituantur feuda. Sunt enim annona ciuiles inter immobilia computata. *d. §. fin. & §. vult enim illa, de non alien. reb. eccles. col. 2. tit. in an. l. priuilegia, de sacrosanct. eccles. C. l. fin. §. præterea, de iure dot. ¶ Tradunt ¶ interpretes regem non posse infundare bona regni sui, quorum infundatione fiat magna diminutio regalis iurisdictionis, Aluarot. in cap. 1. de iis qui feud. dar. poss. per cap. intellecto, de iureiur. disputat Felin. in ca. ad audiendum, de prescrip. contra, si rem damnosa non esset enervatio iurisdictionis. cap. abbate sano, de re iudic. in 6.*

¶ Sed ¶ neque res domanii, quæ addita sunt diademati regio 17 seu corone, alienari posse placuit, & alienatas reuocari. *Edictum de dominio anno 1566. aliud ante Philip. 6. 1329. Et Ioan. 2. 1360. Caroli V. 1374. Caroli VI. 1401. Bald. in l. cum multa, de bon. qua liber. in cap. §. generalis, si de feud. fuer. contro. in vlt. feudo. Hosti. in c. dilectas, de maior. & obed. fuerunt & recentiorum regum in Gallia constitutiones, anno 1522. 1531. 1549. & in conuent. Aureliac. 1360. ¶ Quare ¶ cum in Britannico fœdere seu Anglico, vt loquimur 18 nunc, 8. idus Maias anno 1360. cautum esset, vt Valconia, Pictones, aliquæ vrbes Anglo cederent, summo optimoque iure rex Galliarum parere nunquam voluit, nec potuisset. Et quotiescunque ante tradita est domanii, & patrimonii portio Anglis iusto cum rege fœdere, rex Galliarum summum ius Imperii, dominantumque in his retinuit, vt in fœderibus annorum 1195. 1200. 1269. 1297. 1303. 1325. 1330. ex Chopino lib. 2. de doman. regio c. 1. ¶ Atque ¶ hoc receptum est, ne diuisum regnum videatur, 19 rebus, quæ regii iuris sunt, diuisis. Viderentur enim tot reges esse, quot partes. Hoc autem in republica non expedit fieri, cum regulorum multitudo & occasio sit bellorum inter eos, & causa certissima interitus vtriusque, dum ita diuisi, prædæ vicinis Regibus patent: virtusque vnita, maior seipia dispersa. Quemadmodum paruit facile olim accessus in Gallias Iulio Cæsari, pluribus tunc per partes quæ imperantibus.*

¶ Prohibuerunt ¶ & consentus iuridici in Hispania quoque 20 regionalisationem patrimonii regie coronæ inuicti, seu domanii, secundum prisam prohibitionem Alphonsi noni regis. *in leg. Hispani. par. 3. tit. 5. & in comitiis Toletanis, 12. calend. Osiob. 1360 habuit.* Hoc ipsum prohibuit regibus Hungariæ. *cap. in tell. c. de iureiur. an. apud Gregor. Domani dicuntur, quæ incorporata seu vnita sunt etiam domino vitæ primam & antiquam institutionem expresse, vel quæ per quatuordecim domanii per decennium tractata sunt. existat constitut. mensis Februarii 1566. Existat & de incorporatione expressa. l. 1. de incorp. lib. 9. C. Theodos. l. si quando, de bon. vacanti. lib. 10. C. Infinitia.*

¶ Vniuit ¶ seu addidit coronæ Ioannes rex Galliarum, anno 21 1361. mense Nouembri, ducatum Normaniæ, Campaniæ, & comitatum Tholosaum. Saacita Aquitaniam vnio in tabulis parigijs Aquitani per Carolum sextum ea lege Delphino data, vt eo regnum adepto, vel sine liberis moriente, perpetuo diademati connecteretur, duodecimo calend. Ianuar. anno 1401. Pictones a Carolo septimo 1436. mense Sextili. in 4. parte annal. Aquitan. cap. 8.

¶ Olim ¶ aliquando experta Gallia est, diuisionem esse sibi 22 nectam post mortem Clodouei, regno in quattuor partes scisso inter filios eius Childebertum, Theodoricum, Clodomium, & Clotarium. Et reuersa ad Clotarium vnuerfa ditio, diuisione rursum facta inter filios eius Cheribertum, Chilpericum, Guatranum, & Sigibertum, vnde bella exitiosa nata sunt. *vide Paul. Amyl. Gagurnum. & alios annal. Gallia.*

¶ Quare ¶ receptum tandem est in Gallia, vt consuleretur re- 23 bus, regni, filius regis morientis dati primogenito quidem regnum ex integro & ex asse, ceteris autem darentur quæ dam, quæ iuribus suis æquipollerent, rebus domini & diadematis integris manentibus. Itaque æstimatione facta in posterum, data est illis vel certa pecunia, vel vice pecuniæ, & pro rebus percipiendis certa res fiduciario nomine possidendæ: quæ ideo dicuntur data iure *apariagi*, id est, vt ego interpretor, quod tantundem valerent, quantum pars ipsa regni, si illud diuidi & tradi posset: dicunt enim Galli *par*, ac Latini *par*, & vocant *apariar*, æquare, paria facere. Sunt qui dicant hoc ius *apannage*. & a pambus panagium, vt Chopi. lib. 2. de doman. ubi quæ potissimum, cap. 3. quod pro victu darentur portiones istæ liberis regum. Sed mea declinatio magis placet, aliorum tamen non impedit iudicium. ¶ Limitata

24 ¶ Limitata ¶ paragiū estimatio a Carolo quinto constitutio, const. eius lata mense Octobr. 1374. vetitū; masculo dari plusquam ducenta & quadraginta millia festerium, seu duodecim millia libellarum in annum proentum, cum honorario comitatus titulo, & octingentis millibus festerium, id est, quadraginta millibus libellarum semel numerandis. Filia item ne ultra dotale summam, duodecies mille festerium seu sexaginta millia libellarum darentur. Pro illa pecunia itaque regni res, ducatus, comitatusq; in paragiū dantur & sub fiduciaria concessione, ea lege vt si masculi illis quibus dantur non sint, redeant res ad diadematis ius plenum. Sicutque isti beneficiarii principis in rebus domanii hac lege concessi, vt etiam integra iura regia & dignitas remaneant. Sicut & horū exemplo illustriores familiae ducatus, comitatus, & baroniae & aliae huiusmodi, imo & aliorū nobilitium, indiuiduū ex lege maiorum & pactioibus seruant bonorū ius & dignitatem: vt pluribus liberis vni superstitibus, senior idoneus titulu & nomen dignitatis, & iura nanciscatur: ceteri autem paragiū contenti sint. Et ita amplitudo familiarum in suis splendore conseruetur. Et no mine paragiū rei familiae dantur alii liberis, quae & redeunt ad stirpem, mortuis qui paragiū habuerunt. ¶ Licet ¶ etiam regibus nostris etiam ex domanio in feudum viris eximii, & qui seruo pro regni salute deuoissent, largiri, vt profertur Rheatus Chopinus l. b. 2. de domanio, cap. 15. ad quem te reuocis. ¶ Itaque ¶ extra has duas causas paragiū, & necessitatis belli nunquam licet regi iure coimuni res diadematis alienare, seu in feudum dare, vt pote dignitate existente indiuisibili.

27 ¶ Sicut ¶ & marchionatus, ducatus, & similia feuda dignitatem habentia, indiuisibilia dicuntur. §. omnes si de feudo fuer. controuer. Et in §. praeterea ducatus, de probib. feud. aliena. per Federic. alia autem diuisi possunt, & ideo pro parte aliis infeudari. Aluarot. in pralud. feud. diuis. 9. Sed & in beneficiaria concessione relinquitur adhuc dominium regi, quod & in domanio regio perseuerat. Jfernias in §. praeterea ducatus, de probib. feu. alien. per Feder.

De personis, a quibus constituuntur, & quibus dantur feuda, & de Imperatoribus, Regibus, Ducibus. Cap. 7.

- 1 Domino cuiq; in feudum dare licet, nisi specialiter prohibeatur.
- 2 Ecclesiastica persona feudum dant antiquum, non nouum de rebus ecclesiae: maiores vasaiores & minoribus dant feudum.
- 3 Feudum dant femina nouum, antiquum: minor antiquū & prodiu: clericū propria.
- 4 Per procuratorem datur & acceptatur feudum.
- 5 Funt tractationis methodus. Quis datur summus Pontifex, Archiepiscopus, Episcopus, &c. aliae, persone ecclesiasticae, remissive, eo.
- 6 Imperator, rex, a quibus & quomodo fiant.
- 7 Quid Dux, Marchio, Capitaneus, &c. in summa.
- 8 Dux quid, Dux capitaneus regni, &c. item nu. 12.
- 9 Dux minus quam duxor exercitus, plus in quod quam spampis.
- 10 Ducatus, tempore Aurelii & aliorum Caesarum fuisse.
- 11 Ducatus spectabilis dignitas, maior tribunatu, tribunatu maior primicerio.
- 12 Ducibus in iudicio data in milites. Ducis a rege creati, & ducis exercitus differentia. Et Dux Venetorum, Princeps.
- 13 Duces ciuitatum magistratus praecipui dicti a Gothis. Duces & comites in iudicio ciuitatibus praefecti, a rege amouibiles, deinde facti perpetui.
- 14 Magister domus Francie seu comes stabuli ante amouibiles, postea perpetuus factus.
- 15 Duces in Italia rerum summam tenebant. Olim regna Aquitaniae, Neustriae, Austrasiae, Burgundiae, in ducatus conuersa. Faciunt numeri 17. 20. 25. & 26. ducatum erectiones quadam, nu. 17. & 20.
- 16 Ducatus maior dignitas quam comitatus, nu. 22.
- 18 Moscovitici reges, dicti ducis magni Vuclik k nezii.
- 19 Publius, victor Hannibale se ducem, non regem dici voluit. Dauid quoque se dixit datum ducem populi.
- 20 Almania regnum in ducatus conuersum.
- 21 Duces dicti Romanis, prouinciarum retores.
- 23 Centenarius magistratus in Almania unde dicti, qui erant comitibus subiecti.
- 24 Ruxenburgii, consilarii comitum & centenariorum.
- 25 Prouincia Romanorum ad quae regendus missi sunt, ducis, Du-

- catu dicta. Et qua prouincia ducatus fuerunt.
- 27 Qua prouincia vicariis Imperatoris, & quare regebantur potius ille per vicarios.
 - 28 Administrationes ducatum, prouinciarum, & vicariatus, non erant perpetuae, dignitas tamen perpetua.
 - 29 Deponentes administrationem ducatus, dignitati comitum prima aquabantur.
 - 30 Ducatus inter Francos olim constabat quinque comitatibus. Comitatus autem 100. pagis.
 - 31 Dux apud Boioarios a populo fiebat, cum potestate necandi hominem.
 - 32 Dux ab Etruscis duodecim regibus cum omni potestate, tempore belli crebatur.
 - 33 Duces in Gallia, qua summi imperii sunt, sine gratia non usurpant.

Generaliter ¶ in quaestione quis potest in feudum dare & accipere, analysi dari potest: rerum suarū dominos omnes posse, quibus specialis non prohibetur iure. Cum libera sit cuiq; rei suae administratio, l. in remandata. C. mand. l. nemo exterius. C. de Iudicis, l. sed & si lege, §. consuluit. de per. her. in P. ¶ Dant ¶ itaque ecclesiasticae personae, & laicae, & vtriusq; sexus. Ecclesiasticae, summus pontifex, Clem. pastoralis, de re iud. archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, praepositus antiquum, non nouum, §. 1. de iis qui feud. dare poss. lib. 1. Feud. tit. 1. de antiquo non de nouo feudo, §. 1. de iis qui feud. vel abbatem, &c. quod & supra diximus. Laicae, Imperator, rex vt dictum, marchio, dux, comes, baro, qui capitaneus regni, & alii qui ab illis accipiunt, vasaiores regni, qui & ipsi dant aliis minoribus vasaalioribus, d. §. 1. de iis qui feud. dare poss. quomodo autem dare possint in feudum qui ab alio habent, etiam superiori capite dictum est. ¶ Dat ¶ & femina nouum & antiquum, §. feminam, 3 per quos fiat. muel. lib. 2. tit. 3. Minor antiquum non nouum, §. 1. eod. sicut & in eis cui bonorum suorum administratio prohibita, d. §. 1. Potest ¶ ad feudum dare clericus propria, §. 1. de cler. qui inuestit. facit. lib. 2. Feud. tit. 35. ¶ Per ¶ procuratorem quoque & dari & acceptari potest feudum, in §. personam, per quos fiat. inuest.

¶ Istiti ¶ annexae sunt aliae quaestiones secundum quid fiat concessio, & cuius sit feudum, & quare, & propter quid. Quae omnia simul tractabimus, deima quaestione secundum quid, quam post personas explicato latius, modum dans acquisitionis vel constitutionis feudi. Quid sit summus pontifex, archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, praepositus, iam explicauimus alibi in personis ecclesiasticis. ¶ Quamuis ¶ antiquis temporibus variis modis imperium Romanorum & orbis datum fuerit, vi, quale contigit Iulio Caesari, Europ. lib. 7. Sueton. in Jul. Caesar. electione senatus, quale contigit Tiberio, Sueton. in vita Tiberii. vel militum, quale contigit Septimio Senero, Fenest. cap. 4. de magist. Romanor. hereditate, quale contigit Octauiō, Europ. lib. 7. & 8. & aliis. In feudum etiam datum est imperium aliquando a summo Pontifice Imperatoribus cum iuramento fidelitatis, vt ecclesiae Catholicae & Apostolicae opem & auxilium & defensionem praerent, qui hanc dignitatem consequerentur. Sic & in consecratione, & coronae ultimae donatione Caesares Romam profecta a summo pontifice reges Romanorum & Imperatores declarantur, susceptis insignibus ensis, diadematis, sceptri, & pomi aurei, vt in principibus seu personis publicis paulo latius explicamus, & infra in insignibus seu symbolis inuestiturae. Et quamuis Gregorius quintus potestatem eligendi Imperatorem, in Germanos transtulerit: tamen sibi confirmationem reseruaui, Polyd. Vergil. lib. 4. de inuentor. rer. cap. 10. Baro in extranag. ad reprimendam. Hen. 7. post li. feudo. Iustinus senior electus etiam antea, legatos Romam ad Hormildam summum Pontificem misit, vt fidem suam fedi Apostolicae subiceret, Pratina in vita Hormisae. De regibus in personis publicis late tractamus, hic autem si licet indicasse ex superioribus, & ex his quae sequuntur, reges duplici modo in feudum venire: vel quod ex regnis, ducatus comitatufue fiant, vel quod ex ducibus & prouinciis vi ab aliis imperiis ereptis, vel alio modo possessis ab eis, qui potestatem habent, regna facta fuerunt, retento hominio & fidelitate, qualia regna hodie sub summo Pontifice & sub Imperatore sunt, & sub Turca, pretioso Ioanne Aethiopum Imperatore, quem dicunt presbyterum Ioannem. Illud solum dignum est, quod moneam, Principem, qui Regis titulum ambit, habere in ditione sua oportere saltem quatuor ducatus contiguos, aut pro singulis ducibus, quatuor comitatus, qui ab alio quam ab Imperatore non pendeant. In quatuor ducibus

desideratur ad minus decem ciuitates, quarum una sit archiepiscopatus provinciam constituens, cap. clericos, 21. distinct. Nec ad rem facit quosdam hodie esse regulos dictos, vt Nauarræ, Ballearium olim insularum, & similes: quibus tamen sexdecim non sunt comitatus, nec tot ciuitates, quot diximus exegi. Nam fuerunt quidem olim hæc regna suis membris constantia, sed nunc occupata ditione, priuilegio tituli gaudent tantum, *Auth. de la Sale, in lib. inscripto la Salade in cap. seu lib. 9.* ¶ Aliæ ¶ personæ post Imperatores & reges sic ordinantur apud consuetudinarios in rubrica, vt primum dux, postea marchio, dehinc comes, subinde capitaneus, & valuasor nominentur, *rubr. quis dicat. dux march. lib. 2. feud. tit. 10.* Hos consuetudinis contextus explicat dictos a ducatu, marca, comitatu, quibus inuestiuntur: sed hæc explanatio nihilo certior est ipsa rubrica, cum & olim ista nomina sine feudo dignitatis tantum fuerint.

¶ Dux ¶ est qui exercitum ducit, l. 2. C. de offic. prefec. Afric. l. 1. de offic. magist. milit. l. duces, C. de offic. iudic. milit. l. desertorem, §. in bello, de re milit. in P. & dux a ducendo proculdubio dictus, & a rege creatus cum ducatu, dignitate videtur regali insignitus, & capitaneus ideo dictus regi, d. §. 1. de iis qui feudum dare poss. in quodam, sp. am. p. 2, qui præest exercitui, & ducatus in quodam, & sp. am. p. 1, præfectura, imperium militare. Ducatores vocat Cicero absolute duces & Imperatores exercituum primos, quoties non modo, inquit Cicero. i. Tufculan. duces nostros, sed vniuersi etiam exercitus ad

non dubiam mortem concurrere: ¶ sed ¶ & plus ducator videtur esse, quam exercitus dux, vt apud Thucyd. plus in quodam, quâ sp. am. p. 2, vt dum ait Thuc. in 8. & in quodam, πᾶν τὸν στρατὸν. Et ita etiam Plutarch. οἱ τὸν στρατὸν ἡγεμονίας ἡγεμόνες χιλιάρχου. Et tunc læpe apud Græcos illa ἡγεμονία seu ducatus pro principatu & imperio reipub. aliquis, vel pro omnimoda potestate in aliquam rem apud Ilocratem, Thucydidem, Elchinem, & alios. ¶ Fuisse ¶ & tempore antiquorum Cæsarium titulos ducales & ducatus, maximæ dignitatis insignia, vel ex eo apparet ex Flauio Vopisco in Aureliano, dum ait Aurelianus habuisse multos ducatus, multos tribunatus: Et ex Suetonio Tranquillo in Nerone, cap. 35. dum refert Neronem Claudium Cæsarem, priuilegium Rufinum Crispinum Poppææ uarum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, feruis ipsius mandasse. Numerat & Iustinianus plures ducatus, scribens Basiliano magistro militum per orientem, Iust. in l. 2. de offic. prefec. p. rto. Afric. lib. 1. C. tit. 20.

¶ Iustinianus ¶ spectabilem dignitatem ducatum dicit & maiorem tribunatu, & tribunatum maiorem primicerio domesticorum & protectorum scholæ. Primicerius quidem, inquit, l. 2. de domest. & prot. lib. 12. C. tit. 17. domesticorum & protectorum vtriusq. scholæ post adeptum tribunatum inter eos spectabili dignitate persuaer. qui ducatum gerere meruerunt.

¶ Et ¶ Anastasius quoque spectabiles duces rominat, eisque iurisdictionem in milites concedit, vt per se cognoscant, vel aliis committant, l. in §. erit autem, de re milit. lib. 12. C. tit. 36. similiter, spectabiles isti indices, in §. in de appell. collat. 4. tit. 2. Duces ¶ & ἡγεμόνες dicuntur a principe facti, seu regi capitanei, quod regalem in eo gerunt dignitatem, Aluaros. in §. 1. quis dic. dux. march. tex. in §. 1. de feud. Marc. lib. 1. Feud. tit. 14. non autem alii ductores exercituum ab aliis, vt a ciuitatibus creati. Nisi ciuitas libera esset, quæ republicam constituat, veluti Venetiis qui præest, dux dicitur, cap. exposita, c. 11. de arbitr. lib. 1. Decretal. tit. 35. qui pro principe haberet legitimo. Germani, reges ex nobilitate: duces ex virtute fumebant, Cornel. Tacit. de morib. German. ¶ Paulus ¶ & Em. lib. 1. histor. Francor. in Chireberto scribit, Longinum Exarchum ad Romanum imperium regendum missum ab Iustino imperante orienti, reuocato Nasere, qui pro eo ante principatum tenebat more Gothorum sedem sibi legisse Rauennæ, & cuique vbi magistratus suos dedisse, qui duces vocitabantur. Et quem Romæ præficebat, vocatum præfidem. Et rursus idem Paul. l. 1. in Chilperico. sic scribit, duces initio, comitesque a regibus præficebantur gentibus ciuitatibusque, ac cum videretur dimittrebantur: deinde inuenerunt consuetudo: ut nisi sceleris consilii abire imperio non cogentur: idq. postremo, ut quisq. eo munere donabatur, surreuando regum cauebatur.

¶ Quod ¶ exemplum ad magistrum militiæ, ac eum peruenit, quem maiorem, magistrumve domus Franci vocitabant, comitem etiam stabuli dicunt. ¶ Et ¶ iterum idem lib. 1. in Chilperico. indicat duces loco dignitatis Regiæ fuisse in Italia, sollicitauit, inquit, scilicet Chilpericus rex Gallicus hostium proceres, vt nomen

regium quorum ante posituerant, tollerent, ducesq. rursus crearent, ad quos summorum deferretur.

¶ Maior ¶ dignitas ducatus, quam comitatus, & ideo ex comitatu fit erectio in ducatum, pro magno munere: sicuti non alio maiori remuneratus Rainaldus comes Gueldriæ, qui Ludouico Cæsari adhaerere contra Austriæ duces, quam quod ex comite primus dux Gueldriæ factus av. 1134. Munsterus lib. 3. Sic Adolphus comes antea Cliuensis anno 1416. factus dux, & inter principes imperii connumeratus a Sigismundo Imperatore in concilio Constantiensi, Munst. eo. lib. 3. ¶ Carolus ¶ Caluus rex Galliarum vicis nepotibus Pipino & Carolo, qui regnum Aquitaniam vsurpare voluerant, regnum Aquitaniam in ducatum cõuertit circa annum 852. constituitque Renuiphum Burgundum primum ducem, limitato certis locis ducatu. Sic ex regno Burgundia, Neustria, Austrasia facti sunt ducatus, in 3. par. Annal. Aquit. in princ. Tempora alia creationis ducatum quorundam in Gallia signat Chopinus, lib. 1. de dominio, tit. 6. ¶ Reges ¶ Moscoviici dicuntur tantum suo idiomate, vulgik' knezi, id est, magni duces, Sigismundus liber Baro, lib. 1. ver. Moscovit. ¶ Et ¶ postquam Publius deuicit Hadrubalem in Iberia, cumque Iberi se fidei Romanorum cõmendantes, illum regem salutarer, motus eo facti, vt animaduersionem adhiberet, collectis Iberis, regium quidem se velle haberi & dici ab omnibus cum veritate, dixit: regem vero nec esse, nec dici a quoquam. Quibus dictis mandauit, vt dux appellaretur, Polyb. lib. 10. hist. Rex David dixit se tantum ducem esse constitutum a domino super populum in libro 2. Samuelis, 2. Reg. 6. vbi non se Melech regem, sed tantum עַם עַל עַם nagid aliam, principem ducem populi, vocat. Est autem עַם עַל עַם nagid idem quod עַם עַל עַם Scar. princeps, a verbo עַל neged coram, eo quod vt subditi vertant semper facies suas ad principes suos, Ezecb. 27.

¶ Non ¶ censo omissenda quæ Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germ. de ducebus scribit, dum post victoriam a Clodoueo contra Alemanos obtentam apud Tolbiacum, ait, Alemanie regnum in ducatum versum: & subiicit, in hoc Romanos imitati sunt. Franci. Nam ¶ illi ¶ prouinciarum retores, duces appellabant, id quod ex libro magist. a. num. Romanorum satis liquet, vnde formula ducatus Rhenanorum apud Cassiodorum, in variis. Deligebant autem ducem ex nobilibus familia. Sic Boieris Agilolphingorum antiqua gens duo duces dedit. Hoc autem priuilegium habebat ea familia (nota feudum) a priscis Francorũ regibus, vt si quis fidus regno, prudensq. ex ea progeniua compertus fuisset, non aliunde quisquam adscisceretur in ducem.

¶ Et ¶ paulo post, nec tantam potestatem habebat dux, quantum hoies videmus habere. Et postea, ergo primã dignationem sub Francis in Alemaniam habebat dux, proximã comites. ¶ Regiones ¶ & ppe per centenas distincte erant, vnde centenarii nomen. Is magistratus centena præfidebat, comiti subiectus. Et paulo post, nec duci deerat vicarius, nec comiti. ¶ Qui ¶ in consiliũ adhibebantur, Ranzemburgii sunt appellati Germanica dictione. Et si reipu. Romanæ repetamus memoriam ex libro, qui vtriusq. imperii notitia dicitur, inueniuntur prouincias Romanorũ qualdã gubernatas per vicarios, alias per comites, alias per duces, alias per præfectos, alias per præfides. Et leges quoq. iuris ciuilibus de his fidẽ faciunt: in quibus agitur de officio præfidũ, consulum, proconsulum, comitum, & similibus. ¶ Ita illæ in quas regendas mitte batur duces, ducatus dici possunt, quales fuerunt prouincie Tripolitana, Pannonia, Valleria, Ripensis, Pannonia prima cum Nerico, vtraq. Rhetia, Sequana, Armorica, quæ cum Neruiciana habebat vnum ducem, Belgica ¶ secunda, Britannica, Moguntia. Et puto istas prouincias potius in ducatus, quam in comitatus translatas a Romanis, quod in his fuisse reges seu reguli, quamuis & alia ratio possit accedere.

¶ Quomodo ¶ vicarii, scilicet Imperatoris referentes factæ cognitionis potestatem, l. 2. de off. vicarii, l. 1. C. tit. 42. mittebantur in prouincias, quæ re cte nomen regium & regnum ferre poterant, vt camus, lieutenantens du Roy ou d'Empereur. Nam sub vicariis plures erant prouincie, quatuor singulæ possent regem mererit: vt b vicario Hispaniæ, erat Beticæ, Lusitaniam, Gælicia, cõsulares prouincie, & præfides Taracõensis, Carthagenensis, Tingitanæ, insularum Balearum. Sub dispositione vicarii septẽ prouinciarum, erant prouincie Viennensis, Lugdunensis, Germania vtraq. Belgica l. & 2. Alpium maritimarũ, Alpium penninarum, maxima Sequanarũ, Aquitanica l. & 2. nouem populorũ, Narbonensis l. & 2. Lugdunensis 2. & Senonica. Erant ex illis plures cõsulares, ibi plures & præfides, quæ omnia vide bis in libro Notitiæ vtriusque imperii, & de aliis vicariatus, quos prætermittit.

¶ Quod ¶ exemplum ad magistrum militiæ, ac eum peruenit, quem maiorem, magistrumve domus Franci vocitabant, comitem etiam stabuli dicunt. ¶ Et ¶ iterum idem lib. 1. in Chilperico. indicat duces loco dignitatis Regiæ fuisse in Italia, sollicitauit, inquit, scilicet Chilpericus rex Gallicus hostium proceres, vt nomen

regium quorum ante posituerant, tollerent, ducesq. rursus crearent, ad quos summorum deferretur.

¶ Maior ¶ dignitas ducatus, quam comitatus, & ideo ex comitatu fit erectio in ducatum, pro magno munere: sicuti non alio maiori remuneratus Rainaldus comes Gueldriæ, qui Ludouico Cæsari adhaerere contra Austriæ duces, quam quod ex comite primus dux Gueldriæ factus av. 1134. Munsterus lib. 3. Sic Adolphus comes antea Cliuensis anno 1416. factus dux, & inter principes imperii connumeratus a Sigismundo Imperatore in concilio Constantiensi, Munst. eo. lib. 3. ¶ Carolus ¶ Caluus rex Galliarum vicis nepotibus Pipino & Carolo, qui regnum Aquitaniam vsurpare voluerant, regnum Aquitaniam in ducatum cõuertit circa annum 852. constituitque Renuiphum Burgundum primum ducem, limitato certis locis ducatu. Sic ex regno Burgundia, Neustria, Austrasia facti sunt ducatus, in 3. par. Annal. Aquit. in princ. Tempora alia creationis ducatum quorundam in Gallia signat Chopinus, lib. 1. de dominio, tit. 6. ¶ Reges ¶ Moscoviici dicuntur tantum suo idiomate, vulgik' knezi, id est, magni duces, Sigismundus liber Baro, lib. 1. ver. Moscovit. ¶ Et ¶ postquam Publius deuicit Hadrubalem in Iberia, cumque Iberi se fidei Romanorum cõmendantes, illum regem salutarer, motus eo facti, vt animaduersionem adhiberet, collectis Iberis, regium quidem se velle haberi & dici ab omnibus cum veritate, dixit: regem vero nec esse, nec dici a quoquam. Quibus dictis mandauit, vt dux appellaretur, Polyb. lib. 10. hist. Rex David dixit se tantum ducem esse constitutum a domino super populum in libro 2. Samuelis, 2. Reg. 6. vbi non se Melech regem, sed tantum עַם עַל עַם nagid aliam, principem ducem populi, vocat. Est autem עַם עַל עַם nagid idem quod עַם עַל עַם Scar. princeps, a verbo עַל neged coram, eo quod vt subditi vertant semper facies suas ad principes suos, Ezecb. 27.

¶ Non ¶ censo omissenda quæ Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germ. de ducebus scribit, dum post victoriam a Clodoueo contra Alemanos obtentam apud Tolbiacum, ait, Alemanie regnum in ducatum versum: & subiicit, in hoc Romanos imitati sunt. Franci. Nam ¶ illi ¶ prouinciarum retores, duces appellabant, id quod ex libro magist. a. num. Romanorum satis liquet, vnde formula ducatus Rhenanorum apud Cassiodorum, in variis. Deligebant autem ducem ex nobilibus familia. Sic Boieris Agilolphingorum antiqua gens duo duces dedit. Hoc autem priuilegium habebat ea familia (nota feudum) a priscis Francorũ regibus, vt si quis fidus regno, prudensq. ex ea progeniua compertus fuisset, non aliunde quisquam adscisceretur in ducem.

¶ Et ¶ paulo post, nec tantam potestatem habebat dux, quantum hoies videmus habere. Et postea, ergo primã dignationem sub Francis in Alemaniam habebat dux, proximã comites. ¶ Regiones ¶ & ppe per centenas distincte erant, vnde centenarii nomen. Is magistratus centena præfidebat, comiti subiectus. Et paulo post, nec duci deerat vicarius, nec comiti. ¶ Qui ¶ in consiliũ adhibebantur, Ranzemburgii sunt appellati Germanica dictione. Et si reipu. Romanæ repetamus memoriam ex libro, qui vtriusq. imperii notitia dicitur, inueniuntur prouincias Romanorũ qualdã gubernatas per vicarios, alias per comites, alias per duces, alias per præfectos, alias per præfides. Et leges quoq. iuris ciuilibus de his fidẽ faciunt: in quibus agitur de officio præfidũ, consulum, proconsulum, comitum, & similibus. ¶ Ita illæ in quas regendas mitte batur duces, ducatus dici possunt, quales fuerunt prouincie Tripolitana, Pannonia, Valleria, Ripensis, Pannonia prima cum Nerico, vtraq. Rhetia, Sequana, Armorica, quæ cum Neruiciana habebat vnum ducem, Belgica ¶ secunda, Britannica, Moguntia. Et puto istas prouincias potius in ducatus, quam in comitatus translatas a Romanis, quod in his fuisse reges seu reguli, quamuis & alia ratio possit accedere.

¶ Quomodo ¶ vicarii, scilicet Imperatoris referentes factæ cognitionis potestatem, l. 2. de off. vicarii, l. 1. C. tit. 42. mittebantur in prouincias, quæ re cte nomen regium & regnum ferre poterant, vt camus, lieutenantens du Roy ou d'Empereur. Nam sub vicariis plures erant prouincie, quatuor singulæ possent regem mererit: vt b vicario Hispaniæ, erat Beticæ, Lusitaniam, Gælicia, cõsulares prouincie, & præfides Taracõensis, Carthagenensis, Tingitanæ, insularum Balearum. Sub dispositione vicarii septẽ prouinciarum, erant prouincie Viennensis, Lugdunensis, Germania vtraq. Belgica l. & 2. Alpium maritimarũ, Alpium penninarum, maxima Sequanarũ, Aquitanica l. & 2. nouem populorũ, Narbonensis l. & 2. Lugdunensis 2. & Senonica. Erant ex illis plures cõsulares, ibi plures & præfides, quæ omnia vide bis in libro Notitiæ vtriusque imperii, & de aliis vicariatus, quos prætermittit.

28 Illo tamen tempore ista ad ministraciones perpetue non e-
 29 raot, sed dignitas, de posita ad ministraciones, durabat. Ita tamen
 ut inter vicarios & duces qui administrassent, vel comitum primi
 ordinis meruissent, nihil interesset, a paratur enim, h. i. de co-
 mitib. & archiat. sacri pala. lib. 12. C. tit. 13. Quae admodum & Au-
 gustas, eos qui sub comitibus primi ordinis dignitate, peculiari-
 ter ad aliquam prouinciarum vel prouincias militie credito auctori-
 tate imperatoris destinantur, adaequat ducibus, qui praeter Aegy-
 ptum & Ponticam, in aliis prouincijs administrauerunt, h. 2. de co-
 mitib. rei militari. lib. 12. C. tit. 12. ¶ Wolphan. ¶ Lazius tradit inter
 30 Francos olim ducatum constituisse, & perfectum fuisse, quinque
 comitatibus: & comitatum habuisse olim centum pagos in sua
 ditione: dque ex lege Salica. Legi & alibi comitem seu marchio-
 nem qui habeat sub se quatuor comitatus, vel quatuor baronias
 pro vaquoque comitatu, licite ducem fieri ab imperatore, vel a
 suo rege superiore posse in praesentiori ciuitate ducatus, im-
 positione causae seu pilei facta per superiorem, & praecipuum
 praetatum ditionis suae, Amoino de la Sale in lib. inscripto la Sala-
 de, en l'ouïsme chapure ou liure, comment les marquis, &c.

31 ¶ Apud ¶ Boiarios, dux per regem aut populum fiebat, tantae
 potestatis, ut posset iubere hominem impune occidi, in legib. Bo-
 uariarum, cap. 2. tit. 1. & 9. Et liberi populi, mea iententia, habe-
 bant aut reges, duces tantum, qui eos regerent, & iudicarent,
 vnde & omnimodolibi erat in eos qui se subiecerant potestas, &
 illis populus hoc dabat. Quare cum ex finitimus Erufcis duode-
 cim populi regem creassent, vel in creatum consensissent Romu-
 lum, singuli populi singulos lictores dederunt, vt ait Lulius
 in 1.

32 ¶ Et ¶ Dionysius Halicarnass. clarius, Etruscus, inquit mos erat,
 vt vnumquemque regem Lucumonem antecederet licior vnus fe-
 rens sese in virgatum, & securim: cum vero consensu duodecim po-
 pulorum bellum iudicaretur, tradebatur duodecim sacra & securae
 duci qui principatum in omnes accepisset, Dionys. Halic. in 4. Et vt ait
 Iustianus in 1. ex Trogo. ab initio populus nullis legib. tenebatur, quia
 iustorum principum arbitria pro legibus erant, quos ad fastidium
 huius dignitatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos mode-
 ratio prouehabat.

33 ¶ Verum ¶ dux, nec comes, si sint fiduciarialterius, hoc est, si
 recognoscant superiorem, puta regem, cui debent fidem, non
 possunt iura superioritatis usurpare, vt videlicet quae sunt iurisdic-
 tionis regiae, de quibus in iurisdictione dicemus, Deo fauente.
 Et proinde etiam non possunt legitimare, Chassan. in consuetud.
 Burgun. tit. des bastards, §. 3. in verb. abintestat. versio. quid autem,
 de ducib. Pau. de Cast. an consil. 196. in nouis. Cum inferior non pos-
 sit praedictum facere legi sui superioris, cum inferior de maior.
 & obed. §. naturales, si de seu fuer. contron. Est autem legitimatio de
 referuatis summo principi, c. per vno: ab eum, qui sit. sint leg. Ex-
 ceipio semper speciale priuilegium, si in feudo de eo gratia fiat.

De Comitibus. Cap. 8.

- 1 Comitibus titulo tenus sacris, codicillares, vt Palatini.
 Comitibus professores publici, qui leguntur, per viginti annos.
 Comitibus principis cum dignitate, comes cum administratione.
 Comitibus qui in titulum comitatus feudum tenent.
- 2 Comitibus nomen & dignitatis inuicem a principis comitatu quo-
 modo.
 Comitibus Caesaris quando dici coepit tempore Adriani, & qua-
 litas ille comitatus.
 Senatus comitatus Adriani, Caesarum, & equites, nu. 4.
 Comitibus amici & domestici Caesaris dicti, huius comites largitionu
 rerum priuarum, &c.
- 3 Comitibus amici & domestici Caesaris, germanice Grauiones.
- 4 Inde vocis compolita, Landgrauii, Marchgrauii, Pfaltzgrauii,
 Burggrauii.
- 5 Comitibus consistorianus quis, & eius dignitas.
- 6 Comitibus sacri stabuli quis, Conestabulus comes sacri stabuli, vt
 & magister equitum, totius belli caput, &c. Similis Sultano
 Calipha.
 Tribuno celerum regum Rome, magister equitum, dictatorum.
- 7 Tempore declinationis imperii praefectura praetoriana erat distri-
 buta in magistrum equitum & peditem.
- 8 Conestabulus olim Meier domus & Comes Palatinus dictus.
- 9 Meierus primus Gallia Garnerius, & huius successores.
- 10 Comitibus stabuli, & iura palatii non fuerunt, perpetuo apud
 eundem.
- 11 Praefectus palatii, grand maistre de France bodie.

- 12 Meier Germanis est praefectus Palatii.
- 13 Meier in locum, subrogatus comes Parisiorum.
- 14 Comitibus Parisiorum nomen, sursum mutatum in nomen Marchio-
 nis Francia, quod tamen in comitis recedit nomen, vtrumque
 postea usurpatum & comitis Parisiorum, & Marchionis Fran-
 cia, sed vtrumque, postea relictum magni magistri Fraciae nomine.
- 15 Symbolum & insigne magistri Francia baculus spuris aureis cir-
 cundatus, & quid denotet.
- 16 Comitibus Palatini, Conestabuli, & comitibus Palatinorum Ger-
 maniae differentia.
 Palatinus comes Germania a regione dictus, &c.
 Comitibus alii Palatini sine administratione, & eorum priuile-
 gia, &c.
- 17 Comes rei priuatae, seu praefectus camerariorum principis quis, &
 cura.
- 18 Comes rei priuatae cognoscebat, de sepulchris, & ne contra arborem
 consanguinitatis matrimonia fierent.
- 19 Comes domesticorum dictus Marscalcus aulae.
- 20 Domestici aulae sunt, pedes, Procopio socii, Romanis domestici
 equites, & equites dicuntur & protectores, qui eis imperat,
 primicerius.
- 21 Comes solemniorum Gallis magister caeremoniarum.
- 22 Comes sacrarum largitionum quis, & eius officium.
 Comes commerciorum.
 Procuratoris gynaeciorum & baphiarum.
 De praepositis diuersis & Brambaricariis, siue argentariis
 & aliorum.
- 23 Comes sacri patrimonii quis.
- 24 Comes rationalis & patrimonii quis.
- 25 Comitibus consistoriani, consistorii aulae quis.
- 26 Comitibus a primis ordines.

Comitibus ¶ alii titulo tenus, quales sunt honorati titulo hoc,
 & solum regi codicillis creati, vel a lege: Palatini interdum
 simpliciter dicti. Sunt & doctores comites, qui professi sunt iura,
 & legerunt publice per viginti annos, h. i. cum bi not. de profe. qui
 in vrb. Constan lib. 12. C. Bar. in l. Alexandria de decur. lib. 10. C. Alii
 comites vero principes, & cum dignitate, & alii ex illis cum admi-
 nistratione. Et nunc alii qui comitatu in titulum & feudum habent.

¶ Proinde ¶ sciendum Comitibus nomen dignitatis esse, quae sci-
 licet referat quandam cum principe, cuius sunt comites vel alle-
 cle, quotidianam fere consuetudinem. Fidem facit quod de A-
 driano fertur, Spartian. in Adrian. qui senatum quodammodo in
 aulam suam traxit, receptis senatorum optimatibus in amica-
 rum eorum hortem, quae superiorum Imperatorum tempore costare
 solebat ex equestri ordine, non senatorio. & ita domesticum quen-
 dam senatum penes se habere coepit, qui ¶ quoniam is continua-
 tis pene delectaretur peregrinationibus, comitatus Caesaris dici
 ceptus est, & ipsi amici comites: eorumque consilii atque opera
 in bello & pace vsus, inde comites largitionum rerum priuarum,
 & ceteri dicti. ¶ Tales ¶ apud reges Germaniae, inquit Sig. Gelen.
 in epist. liminari libri notitia vtriusque imperii ad Andream Vessalio-
 nem, amici & proceres regis, dicti grauiones, Latine comites: vnde
 copositae voces Germanicae Landgrauii, Marchgrauii, Pfaltz-
 grauui, Burggrauui. Indicat Lampridius in Alex. principis affeclae
 comites dictos, & comitatum eos, qui perpetuo secum erant, Ti-
 bus, inquit, Alexander, & eos qui militaribus nituntur praerogatiuis
 purgatis palatium, suum comitatumque, omnem abiectis ex aulico
 ministerio obsecans & infamibus. ¶ Hunc ¶ comites consistoriani, qui
 tranquillitati consistorii principis prospiciebant spe stabillibus
 proconsulibus in dignitate aequali, h. i. de comitibus. lib. 12. C.
 tit. 9. & eiusdem priuilegii facti, ac principes scholae agentium in
 rebus, h. 2. eo. tit. C.

¶ Erant ¶ & comites sacri stabuli, & qui curam palatii habebant,
 & icholarum, armorum, & curam domus regiae cum administra-
 tione, & sine administratione prouinciarum, h. i. de comitibus & trib.
 schol. lib. 12. C. tit. 11. Comitibus illum sacri stabuli vocati hodie Co-
 nestabulum in dubium non venit, hic enim praedictus a Valente
 ita nominatur praepositus, d. l. de comitibus, & comes qui libera-
 ret ab inquietudine principis. Et talis in Gallia magister equitum,
 in quem totius belli curam princeps reiciebat non minus quam
 Calipha Sultano ea de re instituerunt: dictator olim Romae ma-
 gistrum equitum, vt reges, tribunum celerum, Lulius in 2. & Dio-
 nys. Halicarnass. in 2. & 5. Eutrop. & Euseb. & in l. 2. §. populo. de in-
 de. de orig. iur. lib. 1. P. l. i. de officio praefecti. praet. eodem lib. tit. 11. ¶ Tem-
 pore ¶ tamen declinationis imperii, vt habetur in libro Notitiae



vt riuusq; imperii, fuit auctoritas militiæ diuisa, & præfectura prætoriana distributa, potissimum magistris peditum & equitum, nos de magistris equitum & peditum iure militari proprio capite agimus. Magister militum peditum præfentis habebat sub se comites militum Africa, Italia, Tingitanæ, tractus Argentoratensis, Britanniarum, littoris Saxonici, duces limitum decem, legiones Palatinas duodecim, auxilia Palatina sexagintaquinque, legiones comitatus triginta duo. Magister & comes peditum præfentis habebat sub sua dispositione vexillationes palatinas & comitatus. Erat & illustris comes equitum Galliarum, Illyrici, & aliarum prouinciarum. Fuit hic magister militiæ apud Iudæos dictus *scartaba*, princeps exercitus, Reg. 2. c. 2.

8 Meier f. domus Francis antiquis dictus, id est, præfectus domus regiæ, comes palatii, factus primus talis a Lothario Hilperici & Fredegunde Viricidæ filio Garnerius, f. post cuius mortem subrogatus Ansegisus filius sancti Arnulphi Metensis episcopi, cui & in dignitate successit Pipinus filius Ansegisii, & hinc Pipino filius Grimaldus post mortem in dignitate successit anno sexcentesimo quadragesimo septimo. Hinc quoq; Eberuinus, quem corrupte dicunt Ebroinum, hinc & postea Liendefius: & post hunc Pipinus Ansegisii minoris filius, qui genuit Carolum Martellum, qui tandem Gallicum sibi adsciuit imperium. Et hæc quidem scribit Trittenius, istas successiones Meierorum & præfectorum domus

10 regie numerat. *Triemnius lib. 1. epitome histo. Franc.* Alii f. autem fuerunt, qui asserunt comitatum stabuli, & curam palatii, perpetuo apud eundem non fuisse in Gallia, & ita duas distinctas fuisse dignitates, quibus ego accedo, & ita etiam Valens Cæsar distinxit,

11 in d. l. de comit. & trib. schola. Et f. fuit quidam diligens auctor nostra ætate Ferronus, qui libros edidit de nominibus & insignibus magistrorum equitum seu Conestabulorum Gallie, & de præfectis palatio regio, quos vocamus *Grans maîtres de France*, Ferron au catalogue des tres illustres Ducs, Comtes, & autres

12 catalog. des grans maîtres de France. Et que f. Naucerus, quos Germani vocant *Maior*, dicit præfectos palatii: Christianus Mafseus principes Palatinos, aulæ regiæ præfectos aut Archicæconomos. Dicit autem hifuerunt Meiers, aut Gallice corrupte, *Maires du palais*, vsque ad Carolum Martellum, qui occupauit imperium. Et tunc meieri loco institutus comes Parisiorum, vel comes Palatinus, cuius nomen perseverauit vsque ad tempora Roberti, ducis Aquitanie, fratri Eudii, qui mutauit nomen comitis,

14 in marchionem Francie. Hoc f. tamen reliquit Eudo filius, qui iterum recepit comitis nomen, eo que reliqui vs sunt vsq; ad Hugonem Caputium, qui se insigniuit nomine comitis Parisiorum, & marchionis Francie. Quibus etiam titulus vsi postea sunt, qui eum fecerunt vsque ad Geofridum comitem Andoræ, dictum *Grifegonnellam*, qui iterum nomen magni magistri Francie excitauit, quo etiam vsus fuerat Nordebertus anno domini sexcentesimo nonagesimo tertio, vide de his *Naucerus in Chron. 30. lib. generatio. 26. Vincentium in speculo histor. cap. 126. l. b. 30. Maffium in 4. lib. Chro. Equinbardum in vita Caroli Magni, Cæsin. in eiusdem vita.* Quo f. etiam nunc videntur in Gallia comites illi, qui pro symbolo maxime illius dignitatis baculum ferunt spiris aureis circumdatum, vt significet principem & rempublicam Francieam suæ sollicitudini commisisse negotia domestica palatii regii, sicut comes stabuli, regii ensis custodiam suscipiebat, in symbolum susceptæ præcipue circa arma potestatis, ratione cuius hominum ligium regi exhibebat, vt legitur in codicillis officii comitis stabuli Arturi Britannici, comitis Richemontis, qui dux postea Britannie fuit. Inueni tamen in conferendis istis duabus dignitatibus, vt plerunque vni eadem fuisse collatas, & ab eodem usurpatas vsque fere ad Pipinum Breuem. Veruntamen & constat etiam curam stabuli & equorum principis, dum comites stabuli grauioribus negotiis essent occupati, alteri fuisse datam, quem in Gallia dicimus *le grand escuyer*. Translata magni magistri auctoritate in comitem stabuli tempore Caroli primi: sub quo fertur primus comes stabuli, seu magnus scutaris, Potonus Xantialis creatus. Paulus Iouius libro decimo sexto in fine testatur hæc maximam & primam post regem fuisse comitis stabuli dignitatem, cui quatuor minores magistri equitum, dicti nobis *mareschaux* subessent: & tempore Ludouici vndecimi sublatam: & tempore Francisci primi renouatam & datam Carolo Berbonio. Non poterit f. aliquis tam è, hic comitem palatinum dici ea significatione, qua imperio Germanorum Palatinus dicitur, nam hic magister domus vere a palatio *Palatinus* dicitur: at nõ ita apud Germanos Comes Palatinus, sed a regione capellatiana, quæ a palas nomen

habet, cui præfuit dictus Comes Palatinus, *B. Rhena. lib. 1. rer. German. & lib. 3. Amian. Marcell. lib. 18.* dicta nomine patrio Palatia. Meminit lex ciuilis de comite palatino in priore significatione sacri palatii, ad quem omnium rerum & rationum patrimoniæ principis relata est cura, in l. i. de offic. com. sac. pal. lib. 1. C. tit. 37. Sunt & alii palatini comites ab usue dicti, qui privilegia habent sine administratione legitimandi spurios & naturales, creandi tabelliones, faciendi doctores, & similia, *Balin §. 1. quis dic. dux, March. Chaff. in proam. in consue. Burg. ad verba conte de Flandes.* Erat & f. comes olim principibus Romanis rei priuata, qui secundum Valentinianum & Valerem commoda fiscalia recipiebat, d. l. i. de offic. com. rer. priuatarum. C. aliter dictus præfectus camerariorum principis, f. qui gubernabat principis priuatam substantiam, per diuersas prouincias sibi subditas, vt ait Cassiodorus, *lib. 6. 6. Variar. qui & hos magnam partem muneris aduocatorum filici possedisse scribit, & præfedis sepulcris, & matrimonii, re iudicæ contra arborem consanguinitatis contraherentur, & iis fuisse procuratores rei priuatae tabicetos.* Refert f. idem, *Cassio. eo. li. 6. in forma la. illustra. comitem domesticorum & dictum marescalcum aule.* Porro f. domesticus aule sunt pedites, vocat, vt inquit Procopius *lib. 3. belli Vandalici.* Socios domesticos, Romanis & pedites & equites dicti domesticos, & protectores, & qui eis imperat, primicerius, l. 2. *§. si. de domest. & protect. lib. 12. C. tit. 17.*

17 Hinc f. & dictus comes solemniorum, qui non multum abest ab eo, quem dicimus in Gallia, magistrum ceremoniarum, vt apud Amianum Marcellinum, *lib. 15.* Mercurius solemniorum vocatus est comes, qui omnia obseruabat tacite.

18 Erat f. comes & illustris sacrarum largitionum, qui dabat indulgentias, & militibus stipendia & donatiua populo calendis Ianuariis nomine principis, *Wolph. Lazius lib. 2. comment. reip. Roman. c. 11. Cassiod. lib. 6. variarum c. 7.* Et hic, vt pote Augustalis, habebat sub se iudicem sacrarum largitionum, & ceterarum prouinciarum, largitionum comites: vt comites sacrarum largitionum per Illyricum, per orientem Africae. Et comites commerciorum per orientem, Ægyptum, Mesiam, Scythiam, Pontum, Illyricum, & procuratores Cynegorum, Baphiarum, monetarum, linificio- rum. Rationales prouinciarum, præpositos thesaurorum, præpositos Bastagarum, præpositos Brambaticariorum, siue argentariorum, in *lib. 6. Notitia vtr. imperii.* ad hunc omnes largitiones mitebantur, in l. i. de offic. com. sac. largit. lib. 1. C. tit. 35. hunc etiam & eius primicerium cognouisse de litoribus, de mercatorum negotiis, de Salinis, de vestibus aureis & argenteis Cassiodorus testatur, *lib. 6. Var. c. 7.*

19 Comitatus f. sacri patrimoniæ aulla dignitas eius, qui Augusti patrimoniū curabat, possessiones, menfam que procurabat: unde & procurator a Lepidius in Commodi dictus. Meminit de hoc Cassiodorus ad Iulianum comitem patrimoniū scribente Theodorico, *Cassio. lib. 1. Varia & lib. 4. §. 6.* Et exstat in iure rubrica, de offic. com. sac. patri lib. 1. C. tit. 39. Erant & comites rationales, qui pecunias principis dispensabant, *Iul. Cap. meminit in Clodio Albino, & Elius Lamprius in Alex.* Comitatus f. patrimoniū facultas principis patrimoniū concessa, pro subleuandis, non pro opprimendis priuatorum fortunis commissa: huius cura, inquit Cassiodorus, *lib. 6. Var. c. 9. in formula comit. patrimoniū. epulas regias & regionum hominum & legatorum cernere.*

20 Aderat f. & in sacro principum comitatu comites Confistorian, ex quibus constabatur iudicium aulicum: ducebant enim & Cæsares secum inter comites & iuriscōsultos, vt Adriano adfuerunt Iulius Celsus, Saluius Iulianus, & alii, quos refert Spartianus in Adriano. hos Gratianus Cæsar spectabilibus proconsulibus equari decreuit, & principum agentium in rebus priuilegiis, l. 1. & 2. de comitibus confis. lib. 12. C. tit. 10. Erat f. & comitia primordialis, quæ præferebatur spectabilitati, *Cassiod. lib. 6. Var. c. 12.*

De comitibus, qui prouincias administrabant, & qui nunc feuda habent, & de Marchionibus.

C A P. 9.

- 1 Comites rei militaris qui. *Rhabdinus domesticorum comes & c.*
- 2 Comites rectores prouinciarum vocati in Grecis, Francis Landgrauii.
- 3 Comites prouinciarum, rectores & iudices fuisse.
- 4 Comitatus Francie, prouincia distincta erant.
- 5 Comes iudex ciuitatis in Francia dictus erat, & habebat sub se scabinos.

- 6 Comites custodia maritima deputati & Marca.
- 7 Marchiones comites custodiunt Marca, Germanice *Marchgravi*.
Marchio ratione dignitatis loci proponitur inter eum comitem, ut comes comitis. Sc. Marchio, limitaneus comes est, Sc.
- 8 Marca traiectum, limit. Marchiones *Vassi*, & *Marta* quid num. 10.
- 9 Comites limitanei etiam apud Romanos sub se habebant, subditos prefectos, ut de comitibus limitum Africa, Tingitania, litoris Saxonici & alius docetur.
- 10 Ex Francis Germani omnes fere orti.
Limites duo Romani imperii orientis & occidentis precipui, Sc. Totidem Francis, eratque *Osterriche* marca, id est, orientalis regni limit. & *Westerriche* marca, id est, occidentalis regni, Sc. Ita & dicitur Turcicum imperium, vide in cap. 1. nu. 10.
- 11 Hinc *Austrasia* & *Vestria* dicta, quorum comites *Marchgravi*.
- 12 Marchionatus plures erecti exemplo dignitatis maioris, sed sine ratione limitum, apud *Fraios* & postea apud Germanos.
- 13 Dux vel marchio, an comes, quis horum p. referatur.
- 14 Ducatus, Comitatus, Marchionatus, ex temporalibus facti sunt familiares, & feudales: tandem cum dignitate, & iudicandi munere.
- 15 Comitatus privilegium, ne creditor comitis possit petere se mitti in eius possessionem rei servanda car. 11.
- 16 Superiores comites fere semper potestatem principis sequebantur, & officia exercebant in aula. Ceterum & alii comites, & aliquando illi de quibus egimus, ad administrandas vel regendas provincias mittebantur, & ad custodiendos limites regni, qui comites rei militaris dici possunt, h. 1. & 2. de comit. rei mil. lib. 1. c. 12. C. 11. 12. qualis fuit *Rhastinus* domesticorum comes, qui in expeditione in Gallos missus, ut ait *Gregorius Turonensis* lib. 2. *hystor.*
- 17 cap. 10. Alii comites rectores provinciarum, *romani* Graecis, apud Francos *Landgravi*. Sic Verus Imperator confecto bello, regna regibus, provincias vero comitibus suis dedit regendas, *Jul. Caput. in Vero.*
- 18 Exstat & in iure titulus, De comitibus qui provincias regunt, lib. 11. C. 11. 1. vnde & rexisse & iudicasse illos sibi commissas provincias liquet, & in legibus consuetudinariis adhuc iudices comites *Fridericus* dixit, in §. 1. *verse. quod si heredes, de pact. tene. lib. 4. feud. tit. 27.* Juxta & Francorum consuetudinem omnes provinciae comitibus distinctae erant, *Beatus Rhen. lib. rer. German. dum de Selesbadio agit.* & postea etiam cum tempore quidam nati vel creati, quorumdam comitatum erectionem & tempus in Gallia, referi *Chopin lib. 1. de dominio. tit. 6.* Beatus & *Rhenanus* inter comites *Marchiones* nominat. *dum ait, lib. 2. rer. Germanic. de statu Galliarum & Germaniae sub Francis agens, vicinior, fere civitati, inquit, comes praesidebat, is velut quendam advocatum episcopi agere cogebatur, nominatur aliquando in d. e. fiscalis, centenarius a centenis dictos, quorum ante meminimus, vicarios & abanos sub se habebat.*
- 19 Erant & praeterea comites ad custodiam maritimam. Item
- 20 ad marcam tuendam deputati, quos hodie *Marchiones* vocamus, Germanice *Marchgravi*. Ut in de intelligere possimus, ratione loci non dignitatis *Marchionem* proponi aliquando comiti, ut comes etiam alii comiti praefectur. Ex compositione enim vocis *Marchionis* qui *Marchgravi* dicitur, intelligitur nihil aliud eum esse, quam comitem *Limitaneum*, vel ad exemplum eius nominatum. Et & *Marcham* esse *Limitem* vel *traiectum Limitaneum*, docere potest *lex Franca* de istis comitibus, quos *vassos* vocat loquens, lib. 4. l. *Franca*. tit. de *vassis dominicis* su. 4. *De vassis nostris* qui ad *marcam nostram* constituti sunt, custodiendum, aut in longinquis sua habent, beneficia, Sc. Explicat quae postea, eo. lib. 4. leg. *Franca* de comitibus ad custodiam maritimam deputatis. *Volumus ut comites, qui ad custodiam maritimam deputati sunt, qui cumq; ex eis in suo ministerio residerent, de iustitia facienda se non excuset propter illam custodiam, sed si secum suos scabinos habuerit, sibi placitum teneat, & iustitiam faciat.*
- 21 Erant & Romanis comites *Limitanei*, qui praepositos etiam sub se habebat *Limitum* per *limites*, talis in libro *Notitiae* virtusq; imperii, comes *Africae Limitaneus*, qui plures sub se habebat praepositos, ut praepositos *limitis* *Thamallensis*, *Montensis*, *Balensis*, & c. Huius generis comes spectabat *Limitum* *Tingitaniae*, qui habebat sub se praefectum a *Hercule* & *Tamuco*, & alios tribunos. Item & comes *litoris Saxonici* per *Britanniam*: quamvis in *Britannia* esset & alius comes provinciae *Britannicae*, sed alius a *Limitanco*. Vt & in *Italia* in tractu *Argentoratensi*, & *alibi*. *Marca*, & in

quit *Wolph Lazius Germanus*, lib. 1. comment. de *repub. Rom.* 2. *limites* est, qui *limitibus* imperii praerant olim *Marchiones* dicti, proprie *Marchgravi*. Romanis *duces Limitanei*. Ita & *Franci* ex quibus maior ex parte *Germani* descenderunt, imperium extra *Franciam* cum propagassent, duos *limites* (ut *Romani* *Orientis* & *Occidentis*) constituerunt. unum *Osterriche* *Marcham*, ac *indicus* regni *Orientis* *limitem*. Alterum vero qui *Francos* proxime a *Saxoniis*, *Almaniis*, & *Burgundis* sequestrabat, *Westerriche* *Marcham* hoc est, *Occidentalis* regni *limitem* nuncupabant. Hinc & *Austria* & *Vestria*, sine *Austrasia* & *Nestria* nomina orta sunt, quibus qui tunc comites praerant *Marchgravi* dicti. Nec tunc plures erant, quam quot essent *limites* *Francorum*. At & posterioribus seculis munere isto tam in principatus honorem abeunte per *Italia*, *Manuamus*, *Mantiserrati*, *Veronensis*, & *Taurisianus* *Marchionatus* distincti sunt. Quo abusu tunc in *Italia* incipiente, plures esse & *Marchae* apud *Germanos* coeperunt, ut *Badensis*, *Rotolensis*, *Vogburgensis*, *Misjensis*, & alii innumeri nulla habita *limitum* ratione.

Et ex his facillime erit compositio antinomiarum, quae inter preces in varias distraunt sententias, quis praefatur, dux, marchio, an comes, quam *Boetius* in *vitram*; *dicunt* pattem, in tract. de auctor. *Magni consilii*, n. 107. & seq. Si consideremus omnes dignitate fere pares, sed aliunde esse trahendas praerogatarum differentias, ut certius nihil in huius questionis iudicio, quam regionum, quibus imperant *Marchiones* & *Comites*, d. lib. 11. ex vlt & ex antiqua consuetudine servata, ut etiam a *madaric* *Lucas de Penna*, in *rub. de comitib. consilii*, lib. 12. C. *Vius* enim & res ipsas & nomina immutat. Quo fit, ut etiam ad abulum referam, quod scribit *Kranzius* lib. 3. *Marcham* ex vulgari *Saxonum* dictam, quasi distinctum vltus *villicationis* aut *ditionis*, seu provinciam quam sui iuris per arma sint consecuti, vnde praefidi & ei qui ius in illa diceret nomen *inditum* *Marchionis*. No enim haec *Marchae* definitio ad nomen pertinet, vel ad antiquam formam *Limitaneorum* ducum, sed potius dignitatis specie & similitudine quadam, nomen sibi usurpavit. At nunc iam receptum video, *Marchiones* maiores dici *comitibus* apud aliquos, & ex *comitibus* & *baronibus* maiori dignitate donari *Marchionatus* eos *comites* & *barones*, qui quinque aut sex *baronias* in sua ditione habent, in quarum minima sunt saltem decem *nobiles* sibi subditi. Quare qui tot possidet *geniculatus* petit ab Imperatore, rege, aut principe, aut dnce, non a minore donari hac dignitate *Marchatus* sub titulo & nomine alicuius civitatis insignioris sibi subditi, inaugurari ab eodem privilegii que *Marchionis* exornari, hominum novum eius nomine offerens & praefatis. Invenitur cuius est insigne & symbolum *gemma pyropus*, quae *Gallis* *Rubini*, species est *carbunculi*, quo princeps inuestiendae *medium* *digitum* *Marchionis* ornat cum *annulo*, haec tradit *Anthonius de la Sale*, in libro quem inscripsit *la Salade*, capite vel libro duodecimo commentar. in *Conte* *vassissant* *Baron* se peut faire *Marquis*. sacris peractis *sacratissima* *liturgia*. *Edictum* *regium* *Gallicum* anni 1579. *decimo* *septimo* *Augusti*, praefert *Marchiones* *procul* *dubio* *comitibus*; statuit tamen, ut antequam *Marchatus* dicatur, sit *compositus* ex tribus *baroniis*, & tribus *castellanis* vnitus sub vno titulo, ratione cuius regi praebatur *hominium* & *fidelitas*. Si quis autem *vicecomes* aut *baro* voluerit fieri *comes*, necessarium ducunt eum habere debere in sua ditione *quatuor* *baronias*, quarum quilibet habeat saltem decem *nobiles* sibi subditos, qui eum *comitari* possint, tuncque potest is *comes* tantum creati per *superiorem* *principem*, qui saltem fuerit *Marchio*, qui nihilominus potest alium, qui *comitem* faciat, delegare, post preces *sacratissima* *liturgia* peractas ab aliquo *antistite*. Princeps porro vel delegatus eius *hominium* & *fidelitatis* *sacramentum* ab eo accipiet sedens, inbebitq; *palam* *comitum* *privilegia* *perlegi*, eumque pro *symbolo* *dignitatis* *exornat* & *inuestit* *annulo*, cui insit *gemma* *adamas*, praed. auctor. c. v. l. 13. Ex dicto regio *Gallico* *decimo* *septimo* *Augusti* *antimille* *simi* *quingentesimi* *septuagesimi* *noni* *cauti*. Ne in *ritu* *comitibus* *quis* *transeat*, nisi habeat *duas* *baronias*, & *tres* *castellanias*, aut saltem *vnā* *baroniam* & *sex* *castellanias* *vntis* & *nomine* *feudi* *possessas*, & *inuestitus* a *rege* *sub* *vno* *ritulo*. *Vide* *comes* *ex* *barone* *vel* *ex* *alio* *nobili* *diuite* *fit*, is qui habet in *patrimonio* *suo* *saltem* *triginta* *clientelares* *nobiles* *seu* *vasallos*, id est, *baronias* *tres*, dicunt *Galli*, *Estre* *nécessaire*, que *celuy* *qui* *veut* *estre* *baron* *ou* *vicomte*, *ou* *trois* *ou* *quatre* *bennières* *de* *son* *par* *moins*, *ou* *acquis*, *dont* *la* *moindre* *doit* *estre* *de* *dix* *hommes* *nobles* *ses* *hommes*. *de* *son* *Roy* *ou* *prince*, *par* *qu* *il* *doit* *estre* *vicomte*. Cum autem *vicecomes* fit *geniculatus*, debet offerre *principi* *hominium* *novum* *simul*

pro omnibus suis baronibus in vnum nomen vicecomitis redactis, sub titulo præstantioris loci, quem possidet: & tunc princeps, ille qui vicecomitem facit, cum simbolo virgulæ aut eæ eum mittit in possessionem vicecomitatus, idem auctor la Saie, eod. vol. lib. vel c. 14.

- 15 Porro apparet ex superioribus & moribus diuersarum gentium, comitatus, ducatus, & marchionatus fuisse administrationes aliquando temporarias, non perpetuas: tandem tamen ex fide familiarum perfecta, in feuda seu in fidem datas, & in illarum administratione curanda, prouentus & redditus & iura administrandi possessionibus cessasse, excepto superiori & imperiali domino, quod sibi principes referuarunt. Remansit vna & iudicandi auctoritas, quâ temporarii comites habebat coniunctam, quantum ad custodiam tantum fuissent designati. Nam & iudicabant cum accessoribus, seu, vt dicunt leges Franciæ, cum scabinis, l. 4. leg. Francicarum, c. 4. de comitib. ad custod. maritimam deputa.
- 16 Chaffaneus in præem. comment. consuet. Burg. ad verba conte de Flandres. priuilegium notat feudi comitatus, quod licet creditor in actione personali possit petere se mitti in possessionem feudi, quod vasallus tenet, vt ipse possit fructus percipere: etsi ius in illum non transeat, Bar. in l. si finis, §. si de veltigali. de dam. inf. Ang. in leorum, eo. tit. tamen in hoc comitatus feudo, non fiat missio in possessionem hac ratione, quâvis creditor possit percipere fructus, Bal. in Ansb. ei qui iurat, in 4. Charta, de bon. anct. ind. possid.

De Baronibus. Cap. 10.

- 1 Baronia feudum in Gallia cum Castellania par, eiusque iurisdictionis.
- 2 Baro debet habere sub sua ditione ad minus duas Castellanas.
- 3 Baro habet omnimodam iurisdictionem, & ideo habet insignia, iustices a quatuor pilliers sans fest.
- 4 Baro in Germania & Scotia idem quod vassus regius: & duces hoc nomine quoque contineri Blondus ait.
- 5 Baro Langbardis dicitur magnus Castellanus. & in Gallia cum omni iurisdictione vassus magnus, capitaneus regni.
- 6 Baro inferior comite dicitur.
- 7 Baronem alii supremam dignitatem in beneficiaria causâ putant, & Baronis notaciones in nomine.
- 8 Baronis alia nominis declinationes.
- 9 Benneretus quis, & quomodo fiat.

IN Gallia adhuc dignitas vna baronis, & feudum baroniæ inuenitur, cum castellaniis, de quibus in feudi diuisione dictum, paria iura habens, in consue. Tyrone, tit. des droitz de baronie. cognitionemque omnium rerum tam ciuiliam, quam criminalem, demtis regis casibus, aux costumes d'Amiens, tit. des droitz & Amandes des Seigneurs, art. 12. de quibus in iurisdictione iudicum

Deo fonte agitur. Quia ante quam quis baronis titulum sibi usurpare possit iure castellaniis plures saltem tres, consue. Andum, tit. des droitz de baron, art. 47. du Maine, tit. des Seigneurs & barons, art. 54. vel duas possidere debet, ex consue. Tyrone, art. 47. Exitat edictum regium Gallie, 17. Augusti, anno 1579. publicatum in Senatu Amoreo 9. Kalen. Octob. eiusdem anni, quo cautum vt iuxta arectum priuati, regii cõsilli 10. Martii 1578. ne prius baronia dicatur, quam cõposita sit vel habeat sub sua ditione tres castellaniis ad minus, quæ vnitæ sint & simul incorporatæ, & possessæ sub vno titulo & homagio præstito regi. Ideo potest habere insignia omnimodæ iurisdictionis, & vt consuetudines loquuntur, proxime citatæ & alia, iustices partibulares a quatuor pilliers, sans toutes fois qu'il y aye fest par dessus. Barones præ apud Germanos & Scotos dici idem, quæ d'vassos regios, testatur Hector Boethius, lib. 2. hisfor. Scoticæ. Et eo nomine duces contineri Blondus voluit, lib. 5. eod. 2. Eoq; nomine, aliqui putant regni capitaneos dictos & magnates, omnes duces, comites, marchiones. Et Ortho Fritingenus, lib. Friderici 2. cap. 12. Guillelmum Marchionem de Monteferrate, inter Italiæ Barones refert. Et antiquis quoque in Gallia, barones, comites, dici placuit aliquando, vt pluribus docet Rhenatus Chopinus, lib. 2. leg. Indium, cap. 47. Baldus autem hunc Langbardis magnum castellanum vocati notat, Bald. in cap. vno delegatorum, de offic. delegat. & in cap. 1. qui feudum dare possunt. & in Gallia quoque Boerius ad consue. Brit. de iurisd. omnium ind. §. 3. §. 13. cumque esse qui in summa, mediæ, & summæ coetitionis ius in arce quadam concessione principis obtinuerit, Bald. in cap. innotuit, de elect. Suspiciantur alii, Barbos. in repetitione extranag. volentes baronem eum dici, qui valassor magnus, & capitaneus regis in feudis dicitur, in cap. 1. quis dicitur dux,

marchio, quem de plebe aliqua, vel de parte princeps inuestiuit. Alii autem placuit quemlibet infra comitem habentem aliam quam dignitatem dici baronem. voluerunt enim digniorem esse comitatum baronia, Iacobus Curtius Iun. in 2. part. tract. feud. in i. quasi. de personis laicis. Neque vulgo probatur sententia eorum, qui has dignitates confundunt, eo quod sæpe vtræque nominentur in iure simul vt diuersæ, in extranag. volentes, in cap. fundamenta, de elect. in 6. cap. grandi, de suppl. negli. pralut. in 6. Quidam & supremam post regiam potestatem batonis, quod ad clientelaria iura pertinet, putant: eosque barones a verbo Græco Capiv dictos autumant, Alciat. lib. 5. 704. cap. 16. quod grauitate dignitateque ceteros dominos beneficiarios antecire debeant: eiusque rei testimonium ex Cicero citant ad Atticum, lib. 5. ad Attic. Apud patronum & vel quos barones te in maxima gratia posui. Et. Vbi tamē alii Varrones legunt. Alii, Ioan. Brecheus ad consue. d. municipal. Gall. cap. des droitz de baron. articu. 1. barones a forma ædificii clientelaris deducunt, quod domus vndique oclusæ & substructa turribus, barreis, a Palæstinis dicantur teste Cæl. Rhodigino, lib. 18. cap. 30. Sed si ex aliis linguis nostram interpretari liceat, mihi verior declinatio videtur ex Hebraico sermone, vt baro dicitur veluti creatura noua, & creatio quæ non sit nec dux, nec marchio, nec comes, sed nouum quid. Sic enim Hebræi dicunt, bara ברא creati, & את ברא ב figmentum, creaturam nouam, vel a barah ברה elegit, vt dicitur baro electus. Et apud Rabinos in Schemo. b. ra. cap. 30. etiam ברא בר barion dicitur farelles, qui dicitur vulgo spathacius, spadacin.

IN Gallia sunt duæ species affines nobilium & feudorum, quas dicunt de benneret & barons. Benneret iure suæ dignitatis antequam talis dici mercatur nobilis esse debet genere in quarto gradu, possidens in ditione decem scutarios bachalarios armorum, id est, decem vasallos, habens sufficiens patrimonium, quo possit secum ducere quatuor aut quinque nobiles comites continuos cum equitibus duodecim aut sexdecim. Fit autem Benneretus, cum princeps huiusmodi personæ concedit vexilli ius, & ex vexillo pedicum in acie, vel extra, die solemni sacris peractis, admittit acumina, vocant la queue du pennon, sitque labarum, id est, equitum vexillum, vocant Cornette, eamque equitem facit, si iam non est. Quod si ditior hic fit benneretus, & habet vnam benneretam, aut sex equites bachalarios, qui possideant singuli in centum sexcentas libras ex eius ditione seu feudo, tunc possunt ex licentia principis, baronis nomen sibi adsciscere. Iohannes Butelerius in summa rurali, tit. du droit au baron. cautum ait, Ne barone minor aufit capere falcones seu accipitres, astorgios, autours, lanarios, laniers, gyfcalcos, gerfaus, abique permittit baronibus: neve ardeolæ heron, moliatur insidias quiquam, nisi auium, quibus capiuntur aucupio excepto barone. In consuetudinibus quoque Andium, titulo de Baronibus, l'espau de falcon, & du cheual d'estrier qu'est cheual de guerre, conuifer, ou de lances, appartiennent au droit de baron. vocat espau errantem sine domino falconem, vel equum militarem.

De Castellanis, & Valuassoribus, & vassis.

C A P. II.

- 1 Valuassores regni, qui hodie capitanei, & minores valuassores qui.
- 2 Valuassores vnde dicti.
- 3 Valuassini qui, & Valuassorum tres gradus.
- 4 Vassorum minorum feudum adimi poterat, iure communifuedorum, non consuetudine Mediolanensi.
- 5 Senior in iure feudorum qui, & inde vox Seigneur.
- 6 Vassidem quod vassalli.
- 7 Bassalar quis dicitur lingua Agarenorum.
- 8 Vissri Bassi.
- 9 Begler, Beghi, Bassi qui.
- 10 Imperii Turcici duæ generales partes, Natolia orientalis, Romania occidentalis, & singula in prouincias quæ sunt sexaginta sex.
- 11 Militibus a Turcis in prouinciis agris assignati, qui dicitur Thimarchi equites.
- 12 Decime dantur Thimarchis militibus ab incolis, vt viuant & alant equos.
- 13 Qui milites habent, agros feudatarios apud Turcas, & qui stipendia.
- 14 Agri etiam quibusdam militibus ab Ottomanis principibus dantur, vt equites exhibeant, aut pedes.



13. 17. *Militares Janizarii, Aſſapi, Alcauzi, Moſſellini apud Turcas qui.*

17. *Feudum iure hereditario apud Turcas nemo poſſidet Sarrapatum.*

16. *Bacchalarii qui ſunt.*

DE Castellanis cum in diuiſione feudorum ante dixerimus, ſupr. c. 3. nu. 12. non loquar amplius, ſed tantum de valuaſſoribus. Qui a ducibus, marchionibus, vel comitibus feudum capiunt, regis vel regni valuaſſores proprie dicuntur, hodie capitanei, qui & ipſi feuda dare poſſunt: qui autem acceptum ab ipſis feudum dare poſſunt, minores valuaſſores dicuntur, §. 1. *qui feud. dar. poſſ. lib. 1. Feud. tit. 1. §. 1. quis dica. dux, march. lib. 2. Feud. tit. 10. §. Valuaſſores putant d. & os, quod ad valuas ſtarent dominorum: ſicuti &*

3. *apud reges Hebraeorum fiebat, 2. Reg. c. 11. §. Minores ſu valuaſſores valuaſſos quoque dixerunt, d. §. 1. quis dica. dux, march. Et iterum qui a minoribus valuaſſoribus feudum accipiebant, dicebantur miniimi valuaſſores. Sic itaque tres gradus valuaſſorum, maiorum, minorum, & minimorum, §. 1. *an maritus ſucced. vxor. in beneſi. lib. 1. Feud. tit. 1. §. 1. quibus mod. feud. amit. cod. lib. tit. 17.**

4. *§. Eratq; liberum communi iure minoribus, auferre a minimis feudum pretio reſtituto, ſi illud illis vendidiffent, §. 1. de feud. da. minor. valuaſſor. lib. 1. tit. 16. §. ſimiliter. de lege. nō tamen licuit Mediolanenſi conſuetudine, qua eiufdem iuris ſunt miniimi, ac maiores §. 1. quis dica. dux, march.*

5. *§. Huiusmodi omnium reſpectu ſeniores, §. 1. quibus mo. ſen. amit. dicuntur duces, comites, marchiones, qui a rege feudum accipientes, aliis dederint, quaſi primi feudarii ante maiores valuaſſores. Ex voce hac, ſeniores, deducta vox, Seigneur. Valuaſſores etiam milites dicuntur ſeniorum. Ita enim ſepe Conradus I. in lege addita, Francicis & Langobardicis, in ſin. l. Francica. titulo de beneficiis, & terris tributaris viſurpar. Sic viſurparit Pipinus, lib. 5. leg. Franco. in ll. addis Pipini, tit. 9. in lege quam de re intertata hoc modo tulit: *ut nullus comparet caballum, bouem, ium, mium, vel aliam rem, niſi ſillem hominem cognoſcat, qui eum vendiderit, aut de**

6. *quo pago eſt, vel ubi manet, & quis eſt eius ſenior. §. Dicebatq; Franci vaſſos & vaſſos, vt exſtat tit. de vaſſis dominicis, lib. 4. l. Francica. c. 4. & 68. 75. & Ammonius lib. 5. de geſt. Franco. c. 1. ait Carolum Magnum ordinari per totam Aquitaniam comites, abbatēſque, nec non alios quam plurimos, que vulgo vaſſos, inquit, vocant, ex gente Francorum. Et alibi tradit, *Idem Ammo. lib. 4. c. 64. Taſſilonem ducem Baioariorum veniſſe cum primoribus gentis ſuæ, & more Franco in manus regis, in vaſſaticum manibus ſuis ſemper ipſum commendatſe: fidelitateque tam ipſi regi Pipino, quam ipſiſ filijs Carolo, & Carolo magno iure iurando ſupra corpus ſancti Dionyſii promiſſiſſe, &c. ſimiliter & omnes primores ac maiores natu Baioarios. Quidam dicunt appellatos vaſſallos, a vas vadis, eo quod in forma fidelitatis obligationem iurauerit domino, alii dicunt a nomine Franco vaſſi, quod fortem ſignificat. Nemp̄ quod domini feuda dilectis fortibus militibus concederent. §. Baſſalar ſi lingua Turcica homines præcipui dicuntur, vt ſi liceat ita loqui, capita, qui propter conſilium ſemper principem comitatur, Barthol. Georgeuith. lib. 2. de aſſiſſet. Chriſtian. ſub Turca. c. 2. de militia. ſic Sarrapæ & maioris dignitatis homines, Turcis etiam appellatur Baſſæ, quorum & alii alii maiores. Sic baſſæ a baſſis aliis pro dignitate honorantur, Paul. Joui. de reb. Turcic. in**

8. *Solima. Selmi ſilio. §. Suntq; quatuor præcipui dicti viſiri baſſi, i. principes imperatoris conſiliarii, de his & ſeq. vido Chriſtoph. Reberium de reb. Turca. lib. 2. Joui. ubi ſ. & d. Barthol. Georgeuith. Joan. Cuſpina in Caſarib. poſt Selim. Ottomanum, tit. de militia Turcorum. qui quater in hebdomada ſedent pro tribunali in loco qui dicitur Deyam, vt audiant legatos nationum, & ſupplicationes hominum, quas imperatori referunt. §. Er̄ poſt hęc quatuor-*

9. *vivatus eſt duum viratus duorum, qui Begler beghi principes præſidorum provinciarum imperii Turcici, quod in duas generaliter partes ſen ſines eſt diuiſum, orientalem, quam Natoliam, & occidentalem, q̄ Romaniam dicit. §. In ſ Natolia 36. præſides vexillares, qui Turcarū lingua dicuntur Sangiatchæ. In Romania 25. Et ita Agarenorū regna in yr̄ a & ſexaginta provincias diuiſa. §. Er̄ in quilibet conſtituti milites quibus agri aſſignati ſunt, vnde viuāt, qui Thimarchi appellantur. Omnium poſſeſſionū militariū ad imperatorem prius collatio. Quilibet in duorum Begler beghi, in ſuis paucis conferre poteſt, cui vult poſſeſſionem accedentem ad iuriam aſſipium quinque milium, hoc eſt, ducatorum centum. Timarchis militibus equitibus ſingulis ager ab imperatore aſſignatur, ex quo quique eorum cum quatuor loriceis viuere poſſit.*

10. *§. Er̄ ſic ager vnus quinque equites nutrit, ex decimis ſcilicet per ſubditos provinciarum, de domibus & omnibus terræ naſcentibus datis, ſimiles ita naturæ feudorum. Sic in Romania feruntur quatuor millia & quingenti huiusmodi agri, militum itaque 22. millia & quingenti, in Natolia quinq; millia & quingenti milites, qui parati ſunt ad bellum, & obedunt ſuis præſidibus. §. Nec tamen omnibus militibus ita agri vel beneficia data: Nam Janizarii pedites ſolidarii ſunt & ſtiperdiarii, qui ſequuntur imperatorem: & Aſſapi milites gregarii equites & pedites ſolum ſtiperdiario cōdactitii. Quibus & accedunt Alcauzi milites dicti fortuna ſine ſtiperdiis, ſolis prædis viuentes, quinta parte reſervata ex lege Alcorani imperatori. §. Reſert ſ Paulus Iouius, libro de rebus Turcicis in ordin. Turcice militia, quodſdam eſſe ex Turcica natione, quibus olim a principibus Ottomanis agris variis victoriis acquiſiti, pro ſingulorum meritis ſic diſtributi ſunt, vt vnusquisq; pro ſingulo terræ ingerto, quod accepiffet, equitem vnū, aut duos pedites, quoties maiora inſtant bella, exhibere principi teneatur, qui vocantur Moſſellini.*

11. *§. Sed ſ Bartholomæus Georgeuith lib. 2. de Turca. tit. c. 2. notat, apud Turcas nullum ex Sarrapis poſſidere provinciam aut ciuitatem aliquam iure hereditario, vt poſt obitum, liberis, vel ſuis poſſeſſoribus poſſit relinquere, ſine conſenſu ſui regis: priuareq; principem quando voluerit eo beneficio poſſidentem, quod tamen ſi ei non ademerit, eius eſt vſque ad mortem. Poſt obitum autem, ſi eius ſucceſſores velint pactum traditionis ſeruare, nempe præbere tot milites quod præſtare poſſeſſores ad guntur, admitti: ſi ſecus, aliis dari. In Gallia olim capitanei quidam, qui ferebant vexilla peditum, minores erant benneretis, qui vexilla ferebant equitum, & bennereti, minores baronibus. §. Bacchalarii ſi ſub benneretis erant, qui ſimplices vaſſalli nunc dicti ſunt, de quibus diximus paulo ante in fine capitis ſuperioris. Nec dubito Bacchalarios hos dictos fuiſſe a nomine Turcico baſſalar, de quo diximus, ſ. num. 7. Neminem enim later, exercitum Chriſtianorū in Agarenos diu pugnaſſe, cum Hieroſolymam expugnauerunt, & regnum illud Saladin debellarunt: vnde & pleraque nomina apud nos commemorant. Poſſunt & Bacchalariorum antiquis dicti, Latinis nominari tyrones. Sed & ita feudum non habebant, quam annonam quando in ſcholis armorum debebant, de quibus in tit. de tyronibus. 44.*

De Sexu conſiderando in Feudis. Cap. 12.

1. *Fœmina quare regulariter feudorum incapaces ſunt.*

2. *Fœmina non ſerunt teſtimonium in feudis.*

3. *Fœminarum maſculi in feudo non ſuccedunt.*

4. *Fœmina quibus in caſibus iure tenere poſſunt feudum.*

5. *Feuda quedam, qua tenentur pro annuo reditu.*

6. *In Gallia, excepta ſucceſſione regni, fœmina ſicut in aliis regionibus ſuccedunt in feudo.*

7. *Caria ex regno Sarrapatu facta.*

SEXUS diſtinctio ſi habetur in feudis. Nam communi huius iuris regula, mulieres incapaces feudorū ſunt, nec in eo ſuccedunt, §. *Et quia vidimus, qui feud. dar. poſſ. §. 1. de nat. ſucceſſ. feud. lib. 2. tit. 50. §. 1. de feud. fœmin. quia feuda militibus regulariter dari ſolent, qui armis poſſunt iurare principem, quod alienum eſt a mollitie mulierum, c. ſicut non, 32. quaſt. 2. in l. quiſquis, §. 1. ad l. ſol. ma. C. Tum ſecundo, quod publica honeſtas ceteri virorum eas immiſceri non patiat, l. maritus, 21. de procura. C. l. ſancimus, de recept. arbi. C. l. 2. §. 1. de iis qui veni. etat. impetra. carum fragile conſilium, & facile mutabile genus, c. ſorus, de verbor. ſign. l. ſi pater, de ſponſal. Cadeſtque periculum ne conſilium domini detegant, vt Baldus notat, & alii, Guil. Bened. in cap. Raynuius. in verſic. duas habens tit. lib. num. 21. & ſeq. de reſta. & hec contraria nature feudi docet §. 1. de no. form. fidelit. Chaff. in §. 5. verſic. 6. videndum eſt rubr. de ſieſe. in conſuetud. Burg. §. Imo ſ nec mulieres idoneæ ſunt ad ferendum teſtimonium in cauſis feudalibus, §. 1. in ſin. quot teſtes ſini neceſſ. ad proband. non. inueſt. §. Proinde ſ non ſolum illæ repelluntur a feudis communi iure, ſed etiam filij illorum maſculi, quia mater non eſt apta ad operandā transmissionem. Guil. Bened. in c. Raynuius, verſic. duas habens filias, num. 32. de reſta. §. Iure ſ tamen ſpeciali receptum eſt fœminas in aliquibus caſibus capaces feudi. eſſe, caſus ſpeciales ſequentes vide apud Iacob. de Curie tract. de feud. 3. part. Boerum in §. 6. de conſuetud. feud. gloſſ. 2. in conſuet. Buri gloſ. in c. 1. §. Conradus de iis qui feud. dar. poſſ. vt ſi pacto car. eatur admitti fœminas §. *Et quia vidimus, cod. vide Socin. conſ. 19. & text. in §. 1. de natur. ſucceſſio. feud. lib. 2. tit. 50. Succedunt enim tunc, led**

deficientibus filiis, quia prius de feudo masculus fuerit inuestitus, episcopus, abbas &c. §. pen. in c. filia, de success. feud. §. qui sibi, de eo qui sibi vel hered. suis masculis, &c. Item succedunt, si feudum maternam sit, vel femininum, §. 1. de natu. succes. feud. & dummodo masculus non fuerit, qui filibus praefertur etiam in his, §. 1. de feud. form. Ludouic. Roman. consil. 367. quamuis remotioris gradus sint, Guil. Bened. in c. Raynuitius, ad verba in eodem testam. r. num. 197. Admittuntur etiam foeminae, si illa expresse a dominis inueltita sit in feudo nouo vel reuelo, vel si redemerint feudum, §. 1. quem ad feud. ad filiam pertin. Rapha. Fulcos. consil. 4. incip. ad id de quo queritur, vel si feudum francum sit & liberum, Bald. in d. §. & quia vidimus. Idem in l. quos de suis & legit. tamen tenet contrarium, & probat Ludouic. Rom. singular. 177. si emtum feudum sit, & quod non sit datum pro aliquibus seruitiis, Odofred. in sua sum. tit. qui poss. succed. in feu. Bal. in d. §. & quia vidimus. ¶ Sunt etiam feuda quae tenentur pro annuo reditu, quae non habeant seruitium personale, quae per mutuum etiam & furdum, alioquin in habitibus personarum, teneri possunt, & ita quoque per mulieres, Bald. in l. liberi libertate, de operib. liber. C. Bald. in fin. tit. de pace constan. in ver. bo. bellaria. Idem si feudum sit exiguum, Roman. consil. 367. vel si consuetudo sit, vel succedat filia, vel nepos, vel masculi, vel ex lege familiae, vel ex fide feudi, vel ratione loci patriae, ut fit in Sicilia, non existente masculino, Andr. de Iser. in d. §. & quia vidimus, qui feud. dar. poss. ¶ Et in Gallia etiam titulos patriarum seu parium Franciae ad foeminas peruenire, veluti hoc iure connexo pro dolo beneficiario docet & pluribus exemplis probat Rhenatus Chopinus, lib. 3. de dominio. c. 7. num. 7. & 8. Et in Scotia, Anglia, Flandria, Armorica, Hispania, aliisque regnis & superioribus feudis principalibus, constat filias & foeminas deficientibus masculis succedere, excepto Gallico imperio, ex lege propaginis, de qua diximus in praedictis optimi iurificonfulti, & magistratus, propter legem Salicam, in l. Salic. tit. 36. §. fin. quae neque in fatum vel in colum patitur hastam Francorum & Gallorum victicem commutari, Guil. Bened. in cap. Raynuitius, in verbo duas habens filias, nu. 118. 119. 120. & sequent. In aliis autem feudis succedunt, vna cum filiis foeminae, in Gallia etiam, ut ait Ioannes Faber, Bened. in proxim. cita. loco, numer. 67. Ioan. Faber, in aubem. in preff. de sacros. eccles. Quia iure eius, ad instar patrimonii feuda redacta sunt, in proxime citat. locis, in c. significauit, de rescript. in princ. Idem Ioan. Fab. in tit. de legi. patro. tu. in si. Zabarel. Car. d. consil. 64. Guid. Papa. qu. 59. & 133. Alex. consil. 30. in 1. par. consil. incip. quoniam omne datum. Et possunt mulieres obsequia belli per alios praestare, quae per se non possunt. Earatione succedunt & iure communi in feudis legitimis foeminae, ut filii, Alex. and. d. consil. 30. in 2. col. par. 1. Consil. In Suenia Germanica, foeminas in feudis succedere potissimum ecclesiasticis & ignobilibus, raro autem in nobilibus testatur Zasius, tractat. Fen. tit. de feud. succes. Elizabetham regis Bohemae filiam, anno 1310. de paterno regno inuestiuit, Ioan. Tritem. cap. 30. summus pontifex Alexander Magnus subacta Caria, eam ex regno Satrapatum fecit, quem tribuit Adae Hecatommii filiae, quia obuiam ei accedenti cum exercitu in Cariam venerat, Alinda ciuitatem quae sibi erat reliqua, regno Cariae spoliata tradiderat, & Alexandrum ipsum in filium adoptauerat, ut auctor est Arrianus, qui & addit videri fuisse in Asia, iam inde a Semiramide, ut & virorum regum uxores regnent, Arrian. lib. 1. de Alexand. expedit. Ferunt etiam mulieres apud aliquas gentes imperasse, & a pernatas mollicies muliebres, turmas pugnantium virili ingenio & manu rexisse: ut Penthesileam Amazonum reginam, & alteram Hippolytem, de quibus Propert. in 2. Thom. yrim. Scytharum reginam, quae Cyrum & exercitum eius vicit & prostrauit, Herodot. in 1. Artemisiam reginam Cariae, quae Rhodios vicit, Herodot. Camillam Volscorum reginam, de ea Virgil. 7. Aeneid. quibus & plures coniungere facile est.

De Bastardis, aliisque personis in feudo notandis. Cap. 13.

- 1 Naturales tantum filii in successione feudi inhabiles, etiam in feudo materno legitimari quoque.
- 2 Si ingratum exheredatum filium, in feudo paterno vel auito ut succedat.
- 3 Item filii laici, qui ecclesiastica persona sunt, in feudo non succedunt.
- 4 Filii quoque, non succedunt nati ex secundo matrimonio ad Morganaticam contracto: non clericus, religiosus, adoptiuus.

- 5 In dignitate marchionatus, comitatus, &c. non succedebat obit heres, hodie contra.
 - 6 Decedente vasallo in feudo nouo sine masculis liberis, dominus eius succedit.
 - 7 Mutus, caecus, surdus, foemina in quo feudo succedunt.
 - 8 Ascendentes descendentes quando & quomodo in feudo succedant.
 - 9 Ignobilis, ecclesiae, fratris, quomodo in Gallia feuda possidere possunt.
 - 10 Persona non prohibita, capaces feudi succedunt & agnati in feudo paterno.
 - 11 Filius institutus in re certa a patre, aequaliter succedit in feudo cum aliis, & quando praeteritus, & nepotes.
 - 12 Agnatus repudiata hereditate defuncti feudum potest retinere: filius hoc non potest inuitis agnatis proximioribus.
 - 13 Collaterales in feudo nouo succedunt usque ad septimum gradum, proximiores in antiquo usque ad infinitum.
 - 14 Fratres uterini & consanguinei quomodo in feudo succedunt.
- N**aturales tantum filii ad succedendum in feudo sunt inhabiles, Jacob. de Ardizo in rubri. an naturales succedant in feudo. Aluarot. in c. 1. an marit. succed. vxor. Chassa. in consuet. Burg. §. 5. circa finem. verum nemo potest tit. de successione dos bastarda, etiam si sit feudum maternum, in l. si qua illu. ad Orfio. C. quod detrahitur, communis dispositioni. Quamuis postea fiant legitimi, nec soli, nec cum aliis, §. naturales, si de feud. defuncti. c. n. ten. si m. dom. & vasall. lib. 2. Feud. tit. 26. etiam si tempore, quo patri datur feudum, legitimi inueniantur, ne praedictum fiat dominus feudi, sic decidit Lauden. in d. §. naturales, & Car. d. Mediolan. nisi dominus concedens feudum expresse pro filio natis & nascituris iussisset naturalem valuasori esse solum, Aluarot. in d. §. naturales, ob scientiam domini, si quis ita de testam. iur. P. & nisi legitimaerentur per subsequens matrimonium, Andr. de Iser. & alii in d. §. naturales, arg. c. tanta qui filii sint legit. Fel. in c. an presentia 10. C. de prob. Hodie in Gallia, cum ratione successione feuda instar sint patrimonii, & legitimi quo modo docet; ut & filii succedant, Guid. Pap. decif. 59. ¶ Inhabiles etiam quoque; successione feudi paterni filii ex delicto exheredati & ingratu, adita ex testamento per heredem hereditate, non autem si alia causa ob fauorem exheredentur, examinat Jo. Andr. in summa de success. feud. sub. rub. an filius succed. in feu. Jacob. Curt. in altero membro tertio partis, tract. de feu. nu. 6. & 7. Quin & Jacob. de Ardizo scribit, in summa de success. feu. rubr. an agnat. vel filius defuncti feud. retinere poss. lib. 2. Feud. tit. 45. ingratum filium non posse feudum a iure successione habere, eo quod per manus patris, & ex eius persona videtur habere. Quod & probat Aluarotus, in §. & quia vidimus, col. 10. qui feud. dar. poss. ¶ Sunt etiam quoque; inhabiles filii laici facti ecclesiastici, & persona, nec in feudo paterno succedere possunt, nec per se nec per substitutum, si in maioribus ordinibus factis fuerint constituti, puta si subdiaconi sint, vel diaconi, vel presbyteri: alioquin adeptus minoris tantum, cum & vxorem ducere non prohibeatur, nec erit feudi incapax, Calde. conf. 2. tit. de feud. Bar. & Aluarot. in §. & quia vidimus, de iis qui feudum dare poss. Sicuti nec persona ecclesiastica a feudo temporali est aliena, quando illud est cum reali seruitio, Feyn. in c. in presentia, de prob. vel francum, in quo & succedit monasterium pro monacho, idem in d. c. in presentia, l. i. Bald. in aubem. nisi rogati, ad Tre. C. n. ten. & alii quidam casus excepti, quos & principalem quoque quaestionem, num clericus aut religiosus succedant in feudo paterno fuisse tractat Chastaneus in consuet. Burg. tit. de seif. §. 5. ad verb. excepte les religieux, & argumentis in vtramque partem adductis & resolutis. Iacobus Curtius in altero membro tractatus feudorum tertio partis, in 19. quaestione, disputauit, & eam Martinus Laudenensis varie, Cardinalis Mediolanensis & alii, quos refert Curtius, pro quo textus videtur esse expressus, c. 1. de feu. feudum dicit cleri. nullo modo in beneficio pater succed. §. 1. de vasal. mil. qui arma belli deposuit, lib. 2. tit. 2. & ego ei subscribo. Nam & qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit, si quis per triginta, versio. qui clericus, si de feu. def. content. sit int. do. & vasal. lib. 2. tit. 26. id ipsumque statutum, si fiat quis canonicus, glof. 1. & 2. in l. 1. qui sit longa consuet. C. & ibi. Bal. Adoptiuus quoque; in feudo non succedit, §. adoptiuus, eod. tit. 26.
- ¶ Neque etiam filii qui nascuntur ex muliere minus nobili ducta, & exstantibus prioris matrimonii liberis, & contracto secundo ea lege, ne nati postea succederent, ex lege Salica vel Morganica, §. 1. de fil. natis ex mat. ad morga. contrati. lib. 2. Feud. tit. 29. §. filii, & §. mulier habens feudum si de feu. def. controuer. sit int. §. Nec etiam in matrimonio,

ehionatu, ducatu, comitatu, vel alia regali dignitate, olim succedebat heres, hodie contra. §. i. in i. d. glos. de feudo marchie vel ducatus. Putant quoque aliqui, Boer. in §. 12. gl. 1. de consuetud. iur. & stat. person. in consue. Bitur. ex consuetudine regni Gallia, minores maficulos 20. ann. & feminas 24. non posse in eo feuda regalia tenere sine dispensatione principis: ego non puto illam generalem, forsitan tamen in Normania singulari, vel alibi. §. Et si duo fratres simul inuestiti fuerint de beneficio nouo, & non de paterno, si vnus eorū sine descendenti, masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum hac de re conuentum sit, §. si duo fratres, de feudo march. §. 1. de success. frat. lib. 2. Feud. tit. 11.

7. §. Martus ¶ quocumque qui nullo modo loquitur, feudum non potest retinere, quippiam tamen ei alimentorum gratia ex eo relinquatur. §. fin. episc. vel abbat. vel abbatiss. &c. idem in fardo, cæco, quia feruere non valeant non secus quam femina: patrum feudum tamen illi possunt retinere, & per substitutum inferuire, §. 1. an manus vel alias imperfecti seu retine. libro 2. Feud. tit. 36.

8. §. Ficta ¶ quocumque regula est, ascendentes in feudis descendentibus non succedere, §. 1. de nat. succ. feu. rationes ibi adferuntur a gl. & a Curt. in §. par. trac. de feu. nisi contrarium sit pactum, vel feudum contemplatione patris filio sit datum, vel si verus sit feudum & paternum, prob. Curt. ubi §. Alvaro. & alii in c. 1. de natu. feudorum. Defendit & Curtius, ubi §. fructus feudi profecti vel aduentitii filiam esse patris, ea tamen lege vt feruiri fiat. §. Docuimus ¶ & in diuisione feudi, dum de nobilitate agimus, & ignobiles in Gallia capaces esse feudorum, excepta Burgundia: & ecclesias quoque, fratres, capitula, & vniuersitates, si morticinius impetrauerint, vt tradidimus in fine c. diuisionum feudi.

9. §. Alia ¶ porro persone in summa quæ non prohibentur, capaces successione feudi sunt, & possunt id capere, vt feruus volente domino possit de feudo inuestiri, §. per personam, per quos fiat inuestitur. Et succedunt masculi descendentes vsque ad infinitum, & cōsobrini, §. 1. de natu. succ. feu. lib. 2. tit. 50. & c. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare poss. §. si capitanei, de feu. march. c. 1. an marit. succ. vxor. in feudo paterno, non in nouo, §. si duo, de feud. March. §. 1. de succ. frat. §. si quis miles, tit. constitutio feudi ad domini Lotharii lib. 1. tit. 19. etiam si emancipati filii sint a patre, de cuius feudo agitur, Bald. in l. in successione, de suis & legit. C. Marti. Laud. & de Arduo in Sum. de success. feud. Curt. altero membro 3. par. feu. trac. num. 2. & 3.

10. §. Imo ¶ filius institutus a patre in re certa, æqualiter succedit in feudo cum aliis, c. 1. de succ. feud. Bari. in l. vt inuisitandi. §. si liberi, de op. lib. in P. Alvaro. & alii in d. §. & quia vidimus. Nec præteritus impeditur in successione, etsi nolit dicere testamentum patris nullum, Curt. ubi supra num. 9. Atque cum descendentibus filiis vna succedat nepotes ex filio, cap. 1. de nat. succ. feud. C. l. de successio feudi.

11. §. Et si ¶ cōtigerit nepotum sine aliqua prole decedere, agnatus ad quem vniuersa hereditas intestati pertinet, poterit repudiata hereditate feudum retinere, nec obnoxius erit debitis defuncti, nisi ratione fructuum existentium: quamquam filius succedens patri non possit hac diuisione vti, sed debet vel vtrunque repudiare, vel retinere. Aut si voluerit consentire, debet petere noue inuestituram feudi a domino, & ita hereditatem repudiare, §. 1. an agna, vel fil. def. possit reu. seu. repud. hered. lib. 2. tit. 45. §. filius, de capitaneo qui curiam vendidit, lib. 2. tit. 51.

12. §. Collaterales ¶ in feudis nouis, i. possideat primo inuestitus præmortuus, vsque ad septimum gradum succedunt, si intelligendus est, §. & quia vidimus, qui feud. da. poss. & c. satis bene de prohib. feu. alibi. In antiquis vero, quæ perueniunt multoties in descendentes, successio est collateralium in infinitum, si intelligend. §. 1. si vas feud. prius cui d. fera §. 1. de natu. succ. feu. qua distinctione feudum iura ex diametro alioquin in pugnantia, conciliantur ex tertia Iacobi de bello visio, Nicolai Neapolitani, Baldi, Alvaroci, & Curtii, præd. ant. l. in §. si capitanei, de feu. Marchie, Cur. in 3. tra. feu.

13. §. Singulari ¶ autem præterius commune hic, fratrem vtriuque tantum, non succedere in feudo paterno. Angel. cons. 106. incipiente sanctissim. & illustrissim. regina. Martini Laud. in §. & quia vidimus, qui feud. dare poss. & ibi Alvaro. 4. col. Chassan. in §. 5. vers. 3. nam licet rub. des. siefz. in consuet. Burgun. quia in fen. si iure cognationis nulla est successio §. 1. de grad. succ. in feud. Nec frater vtriusque cōiunctus excludit in successione collateralis alium fratrem consanguineum tantum, & sic cōiunctum ex parte patris: sed pariter admittuntur, Bald. in l. fin. C. de legi. here. Laud. in d. §. & quia vidimus, Bal. & Alu. in §. 1. de gra. succ. in feu. Bal. cons. 422. incip. i. ius talis est. Chaf. §. 5. vers. 3. quia licet rub. des. siefz. in consuet. Bur.

De Modo constituendi feudum & de inuestitura. Cap. 14.

1. Feudorum iura moribus reguntur, sequenda & natura feudi imposita.

2. Feudi acquirendi precipui modi, per inuestituram & successione.

3. Qua pro possessione & inuestitura habentur.

4. Inuestituram sequitur fidelitas, si licentem adeptio possessionis, inuestiturag, facta & fide a vasallo data, tenetur dominus precise possessionem dare, nec potest penitere.

5. Inuestitura duplex, verbalis & solemnis, & quid.

6. Inuestitura symbolica verbalis, non facit plene possessorem vasallum in feudo nouo, secus in successione antiqui.

7. In inuestitura symbolica tria, res, persona, modus. Symbolum habita, & quid, & quare hasta inuestiendi dicitur, & sequitur numeris.

8. Hasta gestatio, deputata antiquis regibus pro diademate.

9. Hasta regum sceptrum, breuis baculus non hasta longa, & de se pro plura.

10. Hasta Guaranus data, regnum transtulit in nepotem, hasta prælatæ regibus Romanorum in symbolum regni, &c. Quærit ab hasta dicti.

11. Hasta porrecta beneficiario signum est beneficii concessi.

12. Iuramentum firmum per sceptrum.

13. Inuestitura in Gallia sic baculo in Marchia stipite palea, alibi bibendo, alibi per pallum, & nu. 15.

14. Baculus pastoralis pedum symbolum dignitatis. Photio in Constantinopolitana Synodo, baculo, vt insignis dignitate, priuatus, & c.

15. Annulus alius symbolum inuestituræ.

16. Annulus D. Mauricii Sabaudorum ducum in signe.

17. Ius aurei annuli in signe ducatus Venetorum.

18. Annulo dato Perdice, Alexander Magnus eundem de legi. sibi successorem, &c.

19. Aliud symbolum feudi traditionis, datus gladius & vexilli.

20. Corone seu diadematis traditio, symbolum translatis regni.

21. Clypeo imponebant & leuabant Franci reges suos.

22. De aliis insignibus ducum, marchionum, comitum, vice, comitum.

Sciendum est ¶ feudorum iura ex consuetudine magis pendere, quam ex positio iure civili aut pontificio, §. 1. de feu. cognit. lib. 2. Feud. tit. 1. Et proinde cura erit hic potior, percurantur mores regionis & familiarum, & feudi, ex quibus regulam accipiant. ¶ Porro ¶ ex consuetudinibus feudorum, duo sunt insigniores modi, quibus quis feudum acquirere potest, per inuestituram videlicet, & per successionem, §. fin. eod. ad ¶ quos alii modi adipsedipossunt referri, nempe ea quæ possessionem habent, & quæ pro inuestitura habentur, veluti quod steterit beneficiarius in possessione feudi vidente & sciente domino, nec prohibente, c. 1. de cōs. relict. feu. lib. 2. tit. 33. c. 2. in fin. si de inuestitu. feu. int. dom. & vaf. i. oriar. vel si adeptus possessionem feudi præsentem curia, præcedente licentia domini vel si triginta annorum sit præscriptio §. si quis per triginta, si de feud. fuer. controu. int. dom. & agna. vaf. lib. 2. tit. 26. conf. 25. incip. tria in factu.

¶ Inuestituram ¶ sequitur fidelitas, §. 1. quid præced. deb. an inuestituræ, vel fidel. lib. 2. tit. 4. fidelitatem vacuam possessionis adeptio, vel in possessionem nullam, in §. si vero, qui succ. feu. dar. renean. lib. 1. Feud. tit. 3. §. fin. de no. for. fidel. lib. 2. tit. 7. Atque plus est possessionem dare, quàm inuestire, c. vifis, 16. q. 2. Ex fide tamen data & inuestitura facta obligatus est dominus ad vacuam possessionem præstandam precise, vt non liberetur, præstando id, quod inter est vasalli, nec penitere possit inuestisse, §. fin. de no. for. fidel. §. si facta, si de feu. def. contem. fuer. int. dom. & agna. vaf. lib. 2. tit. 26. donatio enim per fidem acceptata videtur, & ita irrevocabilis, §. 2. de donatio. l. si quis argumentum, §. fin. autem, C. eod. l. nuda ratio, eod. P. c. si tibi absenti, de prob. in sex. Diximus autem feudum donationem esse in limitatione, dum beneficium vocauimus, quod liberalitas est, quæ in donatione cōtinet, c. 1. de donatio ap. Greg. & nullo iure cogente fit, l. donari, de reg. iur. l. donari, de donatio. in P. Et proinde cum cōtractus dicatur nominatus donatio, interp. in l. iur. iur. §. quoniam, de pact. in P. non licet penitere, l. sicut, de actio. C. l. in commodato, §. sicut, commod. in P. potissimum cum fidem dante, etiens iam ex parte sua contractum impluisse videatur, & cogere ita possit dominum, vt ipse quoque impleat, l. Julianus, §. offerri, de actio. emt. in P. Accedunt ad pacta in inuestitura appofita, quæ legem feudo dant, & quæ seruari conueniunt, §. 1. de duob. fratrib. a capita. inuesti. lib. 2. Feud. tit. 18.

5 Inuestitura, quædam est verbalis, quædam solemnis: illa promissione, ut diximus, desiderat, hæc nequaquam, *gloss. in §. si facta in verbo dominum.*, si de feud. def. fuer. contro. in. domin. §. c. Franci. Curtius in iur. proprie inuestituram esse ait, dum re ipsa & actu quis missus est in possessionem. Quemadmodum homo vestitur proprie, dum vestes re ipsa induit: in proprie seu abusive inuestituram, quæ fit verbis interueniente actu aliquo corporeo: ut si dominus dicat, inuestio te per traditionem annuli vel ensis, quod & textus vnicus expresse probat, *in §. i. quid sit inuestit. libr. 2. Feud. tit. 2.* In feudi ergo constitutione per inuestituram symbolicam, adhuc non est plena acquisitio: nam & quamuis quis iussu domini verbali illa inuestitura donatus feudo, possit quam diu vixerit recte se defendere, tamen non transmittit ius ad heredes, §. 1. *quibus mod. seu. const. por. lib. 1. tit. 2. 4.* nisi hereditas mentio facta sit: illa inuestitura §. *sciendum, de consuet. re. fe. l. si partium, de probat. P.* nec per illam inuestituram censetur re: translata possessio, *c. per tuas, §. ibi nota, de donati. §. cap. ex lueris, de consuet. apud Gregor. §. 1. de no. for. fidelit.* Facultas quamuis ad ipsam possessionem detur, *Innoc. in d. c. ex lueris. Interpres. in §. 1. quid sit inuestit.* & plus sit in hac inuestitura, quam in sola promissione, quæ feudum non constituit præcise.

6 Hoc tamen ita verum esse dicimus, quando de feudo nouo agimus, in quo possessionis apprehensio exigitur, cum ante nullam habere videatur nec civilem nec naturalem beneficiarius: at in feudo antiquo quæ sit per successionem, arbitror inuestituram symbolicam sufficere, cum iam successor continuare possessionem videatur defuncti, & in ea esse, ut inuestitura tunc potius & vere confirmatio dicatur, §. 1. *quo tempo. mil. §. c. 1. per quot. fiat inuestit.*

7 Inuestitura symbolica primum res interuenient, postea per ducem, de hinc modis. Symbolum traditionis feudi & constitutionis vel inuestitionis, est in feudorum consuetudine hasta, §. 1. *quid sit inuestit. Hasta, instrumentum militare in signe.* *Sopu. Grecis, vel abstr. qua milites strenui videntur: ut hastatus primus, ille qui ducentos milites in acie secunda ducebat, Veget. & Varro, libr. 4. de ling. Latina, hasta, quod astans solet ferre. & hastati qui primi in acie pugnabant.* Et apud Sextum Pompeium Festum de verborum significatione, *hasta, inquit, subiciiebantur ena qua publice venundabant: quia signum præcipuum est hasta. Nam & Carthaginenses cum bellum velint, Romanam hastam miserunt: Et Romanos viros sepe hasta donarunt.* Symbolum ergo in hoc feudo hasta, de pilo vix est quod ymbolum constitutum credam, quamuis si velimus in eo hætere, pl. i. nus. Antiqui quoque reges hastas pro diademate habebant, quas Græci *ακρωτηρια* dixere. Nam & ab origine remane pro diis immortalibus veteres hastas coluerunt: ob cuius religionis memoriam adhuc deorum simulacris hasta adduntur, ut testis Iustinus, *ex Troga, libr. 4. 3. Historiarum.* apud quem obituus sceptrum hasta significari, nempe baculum non fidem vel hastam longam, sed breuiorem baculum quo innititur, quemve in manu solentis deferre, qualem refert Homerus, *Odyss. 8. Vlysses detulisse, & eo abegisse canes.*

9 Haque tunc sceptrum erat virga quam breuis, sed regum in signe proprie, quod diis pagani suis tubuerunt, quorum voluerunt reges maiestatem imitari. Fingunt ita Poeta Iouem congregantem tuos missos deos, sceptrum habuisse potestatis ymbolum, ut apud Ovidium,

*Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno,
— ora indignanti soluit.*

Agamemnon quoque ad naues processurus, & regis illud in signe secum detulit, *Homerus, Iliad. 6.*

Et a Deo hoc in signe, illudque ymbolum esse potestatis concessit, docet idem Homerus, *Iliad. 6.*

*— ἵς νότιον ἔειπε,
ἔβανδρος ἰδὲ οὐκ ἔγνω πᾶσι δὲ κροῖσσι τε,
σπῆντι γὰρ ἰδὲ δὲ σῆντις, ἵνα σφῆν βασιλεύει.*

10 Sic tunc translatum regnum per hoc in signe, ut exstat exemplum antiquum, quando Gontranus rex, quam manu tenebat hastam nepoti tradidit, donati regni ymbolum, *Ammonius.* Insigne & regium capiti regis creati constituebatur, ut testatur Cornelius Tacitus, *lib. 1. annal.* dum de Artaxia rege creato agit. Diadema illud fuisse, vel testatur Valerius Maximus, quum nobile pannum ait, miseris & sollicitudinibus refertum. Veram & alia insignia addebantur. Sicque populus Romanus cum regi nominis honorẽ, pro magis erga se meritis cuiusdam daret, regem ac locum appellabat, Scipionem eburneum, rogamque pictam, palmarum tunicam cum sella curuli mittebat, ut & meminit Cornelius Tacitus, *lib. 4. annal.* Alia insignia refert Gregorius in regestis. Dum ait, *Demetrius Croatiae Dalmatiaque rex creatus, vexillo sceptroque & corona inuestitus.* Hasta & secures prælatæ regibus Romanis in imperii signum, *Dionys. Halic. in 5. vnde* Quirites a qui hasta, quæ præferre loco coronæ. Ergo tunc hastam seu sceptrum exhibuisse clienti & beneficiario, idem est, quod signum electionis factis viri & strenui, militæ causa: & præmii fortitudinis, & fidei datæ gratia potestatem illi dedisse rerum beneficium, & adhibuisse veluti summum iusurandum & fidelem promissionem.

labat, Scipionem eburneum, rogamque pictam, palmarum tunicam cum sella curuli mittebat, ut & meminit Cornelius Tacitus, lib. 4. annal. Alia insignia refert Gregorius in regestis. Dum ait, Demetrius Croatiae Dalmatiaque rex creatus, vexillo sceptroque & corona inuestitus. Hasta & secures prælatæ regibus Romanis in imperii signum, Dionys. Halic. in 5. vnde Quirites a qui hasta, quæ præferre loco coronæ. Ergo tunc hastam seu sceptrum exhibuisse clienti & beneficiario, idem est, quod signum electionis factis viri & strenui, militæ causa: & præmii fortitudinis, & fidei datæ gratia potestatem illi dedisse rerum beneficium, & adhibuisse veluti summum iusurandum & fidelem promissionem.

Sic tunc antiqui in fœderibus componendis, vel in promissionibus iurabant per sceptrum, vel adigebantur per illud iurare: quod sceptrum illis aliquid auctoritatis & maiestatis referret, ut apud Homerum, *Iliad. in versu. 3. 21.*

Ἄνδρα μοι ἔειπες ἄναξ, ἔο ἴδδ' ἔμμοσθον.
Inuenimus & apud Persas & Medos, virgam, quam tenebat rex in manu, sceptrum vel idicet aureum, gratiam vitam concedere, & firmum ratumque esse beneficium concessum ei, cui rex virgam osculandam porrexisset, *Heftor cap. 4. §. 2.* scribit Berofus, *in 3. Deffora. Histor. Chalde. Arænes & Italos, Neam, qui apud vtroque regnasset, & legibus mores vtrorumque composuisset, signasse in scriptis suis cursu solis, & motu lunæ, & sceptro domini, quo malos & noxios expellebat a cœtu hominum, & castimonia corporis & ianctimonia animi, duabus clauibus, religionis & felicitatis. Baculus tunc etiam inter ecclesiasticas personas signum est pastoralis dignitatis, pedum dicimus. Quare tunc legimus in concilio 8. Constantine politano, *actio. 7.* Marinum vicarium in eo summum pontificis, ingressu Photio ad ynodum baculo innixu iussisse ei auferri baculum: quia, inquit, *baculus est signum dignitatis pastoralis, quod dicitur habere nullatenus debet, quia lupus est, non pastor.* Accursius tunc notat baculum seu stipitem palæ datum a contrahebentibus pro inuestitura, & suo tempore in Marchia: at in Lombardia habere, & alibi per pallium inuestituram fieri, *Accurs. in §. 1. de verb. obli.* Antiqui quoque stipulationem ab stipulo, seu firmo, & vtrumque ab stipite dixerunt, *in d. §. 1. de verb. obli.**

Est tunc aliud in signe inuestituræ annulus, *Esfer. c. 3. §. 8. c. ex Ore, de his que sunt a maiori. par. c.* Cum enim potestatem administrandi reges dabant alicui, annulum suum signatorium porrigebant, ut quicquid libuisset, suo nomine præscriberent: erantque ceteris mandatis ea firmiora, quæ annulo regio signata erant. Sabaudia tunc ducum symbolum annulus D. Mauricii Thebarum legionis ducis & martyris, quem Petrus primus Al. brox, impetravit a Cœnobiarca Mauticiano. Veneto tunc duci hoc ius aurei annuli indultum ab Alexandro III. summo pontifice ann. 1170. quem proiciunt in mare duces electi, ut mare despondentes, & in possessionis adeptæ imperii maritimi symbolum. Scribit tunc Amilius Probus, qui alius Cornelius Nepos, *Probus, in vita Eumenis, Alexandro Babylone mortuo, cum reges singulis familiaribus eius dispartirent, summam rerum tradidit fuisse tuendam Perdicæ, cui Alexander moriens annulum suum dederat, ex quo omnes comiecerunt, eum ei regnum commendasse, quoad liberi eius in suam tutelam peruenissent.* De simbolo vsuque annulorum pluravideto apud Plinium, *lib. 38. Histo. natura. c. 1. §. 2.* Symbolum aliud tunc traditionis feudi, gladii, aut vexilli datio. Otho Fringingenfis regna per gladium, præuincias per vexillum tradi scribit. Carolus Magnus inuestit Ludouicum filium de regno ante mortem suam, inquit Ammonius, *lib. 5. Histor. Franc. c. 36.* per spatam, quæ vocatur sancti Petri, fustem & coronam ex auro & gemmis. Et in rursum Ludouicum ait meriturum per Odonem & Belginagensem episcopum, & Albuinum comitem, coronam & spatam, id est, enses ac reliquum regium apparatus, filio suo Ludouico misisse, mandando illis qui cum eo erant, ut in regem eum sacrent ac coronare facerent, *in idem verbis Ammonius, lib. 5. Histor. c. 39.* In formula consecrandi regem & imperatorem scriptum est, Imperatorẽ dum Romanorum rex & Imperator a summo Pontifice renuntiar, post sacram vocationem manuum, pectoris, armorum, & compagum brachiorum, inter sacrosanctas lurgias in yteria, epistola dicta & ante lectionem sancti Evangelii accipere a summo pontifice enses educum ab altari, in defensionem sanctæ Dei ecclesiæ, & ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum: rursusque in vaginam repositum, eidem accingi ab eodem summo pontifice, & postea diadema regni ei imponi in signum gloriæ, cum sceptro in manu dextera & pomo aureo in sinistra, cum orationibus & benedictionibus. Additur tunc ibi oscu-

ibi osculum, quod debet inauguratus summo pontifici, *hac scribit Antonius de la Sale, in postrema parte libri inscripti, in Salade, ut ordo ad coronandum & inungendum regem.* Et Gotfridus Viterbiensis Chroniconum parte 19. horum regaliorem insigniorum significata fuisse explicat, & docet quid significant crux, quæ datur Imperatori, gladius regalis, sceptrum regale, lancea imperialis quæ fuit sancti Mauricii, globus aureus, qui & pomum & palla vocatur, cruxque superposita, duplex diadema, gemmæ, aurum & cristæ in coronis. Erant & alia insignia transferendi regni, vt traditio diadematis, apud Valerium Maximum in cessione regni Cappadociæ in fauorem filii facta ab Ariobazane. *Valer. Maxi. lib. 5. c. 7.*

¶ Erant & cum antiquitus Franci regem crearent, eleuabant eum in clypeo, *Ammon. lib. 3. c. 61. Adon Viennensis, in comment. deca. 4.*

¶ Inuestiuntur & duces de ducatu per impositionem causæ seu pilei aurei ducalis vnionibus ornati, marchiones de marchionatu, annulo in quo est pyropus seu robinus, gemma speciei carbunculi, quem imponit digito medio marchionis princeps: comes de comitatu, annulo cum adamantis gemma: vicecomes vicecomitatu: virgula aurea data: Baro, & benemeritus, vexillo decuratio, seu labaro, *d. Anto. de la Salade in d. lib. c. 11. 2. 13. 14.*

De Personis, quæ in feudi inuestitura considerantur, & de Fidei seu Hominii præstatione. Cap. 15.

- 1 Persona in inuestitura qualis, remissius.
 - 2 Pares curiæ, qui.
 - 3 Fidelitatis præstatio erronea non minuit nec tribuit ius. *Quædam feuda fidelitatis iuramentum exigunt, quædam minime.*
 - 4 Fidelitas quid.
 - 5 Fidelitatis iuramenti forma.
 - 6 Hominium, Gallis hominage, est iuramentum fidelitatis.
 - 7 Hominii vel fidelitatis forma in Gallia duplex, pro feudo simplici, & pro ligio, & de vtraque.
 - 8 Per se & per procuratorem hominium & iuramentum præstari & recipi potest, nisi in eunda sit persona ratio in feudo.
 - 9 Hominium per procuratorem præstant plures vasalli vnus heredes, & vni ex pluribus hereditibus dominis vnuerfis, ecclesiis, minor pupillis, & similes.
 - 10 Hominium & iuramentum fidelitatis quando tenentur præstare beneficiarii, & intra quod tempus, quo non factio manu iniectione domino in feudum permissa.
 - 11 Hominium quando & a quibus non debeatur pro mutatione vasalli.
 - 12 Si pars feudi alienetur, an noue hominium ab emptore præstari debeat. *Ruptio feudi & diuisio quid, & quid si deiecit, & si deiecit deiecit, &c.*
 - 13 Feudum quis sum sine alterius præiudicio potest onerare censu, hominio, redditu.
 - 14 in Hominio & iuramento fidelitatis, debent exprimi res & valor earum, & census. *Denombrement apres l'homage, intra quod tempus debeat dari, &c.*
 - 15 Feudalium rerum professio, siue le denombrement, integra esse debet, & quare fiat, & de commissio eius rei causa.
 - 16 Professionem hanc rerum cogit dominus vasallum facere per iniectio nem manuum in feudum: & num fructus faciat suos in defectum denumerationis.
 - 17 Fidelitatis præstatione nihil aliud debetur quam iuramentum, nisi pacto vel consuetudine aliud præbendum sit.
 - 18 Mutatione domini vel vasalli alicubi debetur, quintus & requintus, denarius & alia quadam, *Rachapt de fiedz.*
 - 19 Quintus & requintus denarius quomodo soluendus.
- ¶ Et nota quæ in inuestitura requiruntur ex parte dantis & accipientis, ex superioribus, quæ in personis in omnibus intelligi possunt, quales, quæve idoneæ sint: verum vltra consideramus alias, vt curiam domini, & saltem duos testes, vt solemni testatione de ea appareat. ¶ Vocamus & pares curiæ, hoc est, qui sint eiusdem domini similis naturæ feudi vasalli, §. quid sit inuest. lib. 2. Feud. tit. 2. §. item sciendum, de notis feud. lib. 2. tit. 58. vel alterius domini eiusdem generis, si dominus non habeat similes vasallos, veluti si agatur de comitatu, pares curiæ regis erunt comites alii: si de ducatu, duces: si de baronia, barones: vt pares a paritate feudorum dicti sint, vt docet ex Innocentio Panormitanus, in c. ceterum, nu. 14. de iudic. Si ergo quæstio sit de inuestitura: illi adhibendi ad probationem sunt: vel illis testimonium detestantibus, alii, & instrumentum inuestituræ, si sit, d. §. 1. quid sit inuestitura, vide in §. 1. qui test. sint necess. ad prob. nouam inuest. lib. 2. Feud. tit. 32. Ceterum

inuestitura facta a domino, ex parte vasalli, feuda quædam fidelitatis exigunt iuramentum: quædam non exigunt.

¶ Quamobrem & quæ exigant primum hic annotari desidero, vt pro aliis non sit præstatur: quod si præstetur, notandum erit in præstatione fidelitatis iustum errorem & excusabilem, non tribuere ei ius cui facta est, si non sit dominus, nec esse aliis: quod est singulare Imperatoris Lotarii decretum, c. satis bene, de prohib. feud. alienatio. per Lorar. ¶ Fidelitas est iusiurandum quod a vasallo præstatur domino, §. fin. quid præced. debe. inuest. lib. 2. Feud. tit. 4. in certis videlicet feudis: non in his pro quibus fidelitas non est præstanda, §. est & alii. quæ sunt causa pri. consuet. vel feud. amit. lib. 2. Feud. tit. 24. ¶ Forma iuramenti eius hæc ex consuetudinario iure, Ego iuro ad hæc sancta Euangelia Dei, quod a modo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit dominus, pandam aliis ad eius detrimentum, me sciente. §. 1. qual. iura. deb. vasall. domi. lib. 2. Feud. tit. 5. Sub hac forma alia forma continentur, quæ postea adiunctæ sunt latiores, in quibus quis expresse promittit de mino incolumetum, honestum, vile, facile, possibile, quæ explicata inuenies propriis titulis, tit. de for. fidel. lib. 2. Feud. tit. 6. & tit. de no. for. fidel. tit. 7. c. de forma, 22. q. 5. in can. tibi domino 63. dist. de for. iur. amen. vide & Fel. in c. dilecti, in princ. de ma. & obe. In quibus fidelitas consistat, tradit Ioan. de terrar. rubr. tract. contra rebelles regum. art. 3. Et in vna forma est modus iurandi domino inferiori regi, ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem, excepto imperatore vel rege. di. tit. de noua form. fidelit. alia forma in gloss. §. fin. per quos fiat inuest. ¶ Hominium & etiam dicitur hoc iuramentum, Gallis hominages, nempe professio eius, quod is homo debeat præstare. Francicum morem exprimit Ammonius, lib. 4. de gest. Francor. c. 64. Tassilo, inquit, dux Boioariorum more Francico, in manus regis in vasallum, manibus suis semetipsum commendauit, fidelitatemque tam ipsi regi, quam filius eius Carolo & Carolo Magno iureiurando super corpus sancti Dionysii promissit. ¶ Forma & ex consuetudine Gallie duplex, vna pro feudo simplici, altera pro ligio: in simplici feudo, cliens seu vasallus auctoramentum accipit, seu hominium facit domino capite aperto, iunctis manibus, eumque osculatur. Quia autem hominium ligium debet, manibus iunctis sacrosanctis Euangelis impositis, capite aperto, exarmatus & disinctus, dominum osculatur, iuramento fidelitatis in vtroque interposito, in consuet. Turronum tit. de pied. de siez, & parage, art. 15. Consuetudo d. Anou. tit. de la natura des siez, art. 137. & 139. Maine, tit. des recepi. de foy & hominage simple, art. 148. & 149. Blois tit. des siez, artic. 54. Paris, tit. de matiere feudale, art. 48. Sic enim humiliter supplicatione patrono se applicat, fidem pollicetur, & recipit a domino, offerens domino simul & semel & manus auxiliares, & os fidele, & ea quæ ex feudo commoda ei præberi debent ex lege clientelari. Et vt me explicem, vasallus vel alius eius nomine admissus, nudato capite, sedente domino, si ei videatur, debet cingulum vel zonam, si habeat, deponere, seponere enses vel baculum, & genicularis, hæc verba proferre: Domine vel domina, ingredior vel in eo fidem & hominium vestrum, & me vestrum profiteor vasallum ratione eius loci vel terra, &c. quam accepi a te occasione vel ob causam, &c. polliceor & iuro nunc & in posterum tibi seruire aduersus omnes, & implere capitula antiqua & noua fidelitatis. Quæ si dominus voluerit, legentur: dominus autem postea respondet, recipio hominium tuum, saluo iure meo & alterius, hocque dicendo eum in mala deosculatur, Forma hæc descripta, aux. coutumes de Marche, tit. des siez & droits art. 129. & 130. Notat tamen Speculator, tit. de feud. §. quoniam vero, versicul. forma in Gallia ad osculum a rege non admitti ignobilem vasallum, licet habeat feudum nobile: alia etiam in aliis locis obseruari in præstatione, & prælatos recipientes vel dantes fidem, stolatos esse debere, præsentibus sacrosanctis Euangelis, sequendamque consuetudinem, *And. de fier. & Card. Alex. in §. 1. de noua for. fidelit.* Et hoc iuramentum etiam præstant clericis laicis, si feudum habeant ab illis temporale, cuius capaces sint, et nimis, c. 30. de iureiur. vide *Alua. in 1. in si. qual. vas. iura. debe. cum in illis laicis minores sint. in c. solita, de ma. & ob. c. si episcopus 38. dist.*

¶ Nihil autem interest per quos fiat inuestitura & iuramentum, vel per quos suscipiatur: an per ipsos dominos & vasallos, an vero per procuratores eorum §. sed etiam versic. sed vtrum, per quos fiat inuest. lib. 2. Feud. tit. 3. §. item sciendum, de notis feud. lib. 2. tit. 58. quia necessitudinis huius contrahendæ ratio in rem magis clientelarem, quam in personam clientis, & scripta & concepta esse videtur. Si tamen ad dignitatē & auctoritatē in beneficiis spectant, aut si in eunda sit personæ ratio, vix est vt procurator, vel

nuntius pro fidelitate præstanda admittatur, nempe quia quæ eiusmodi sunt coram & siue mandato explicari debeant, l. nullus. C. de decur. lib. 10. C. Atq; hanc questionem copiose disputatam habes in vtramque partem apud Molinæum in consuetudinibus Parisiorum, & apud alios, tit. des matieres feudales, §. 49. Boer. in consuetud. Biturig. tit. de consuet. feu. §. 10. Quo fit etiam, vt Parisiorum consuetudo non admittat homini & fidelitatis præstationem, siue alia legitima excusatione, per procuratorem, cui alia pleræq; similes sunt, Aurelianensib. tit. de sen. artic. 77. Blasii des fiefz. artic. 57. Aruern. co. art. 26. Borb. co. tit. art. 378. Marche. co. tit. art. 194.

9 ¶ Admitti tamen potest procurator ex voluntate domini: vel si iuramentum fidelitatis ab vniuersitate seu pago sit præstandum, Specul. in tit. de feud. in fin. si sunt plures filii defuncti vasalli in feudo succedentes, Card. Alex. in c. omnes si de feud. def. sue. contr. in do. & agna. vas. in feud. et si dominus deceaserit relictis pluribus heredibus, non enim omnibus hominum faciendum, sed sufficit vni præstare & antiquiori, Bald. Card. Alex. in d. c. omnes, ubi gl. dubia in vtramque sententiam facit & Fal. in c. 1. col. 2. vers. inferunt etiam aliqui, de maio. & obed. ap. Gregor. non enim cogitur vasallus pro vno domino plures accipere, cap. imperialem, §. ducatus, de prohib. feud. alien. per Fed. Potest et tutor & curator nomine pupilli vel minoris præstare, consuet. Andium. tit. de la matiere des fiefz. arti. 105. Blasii eod. tit. arti. 58. maritus uxorem pro clientelari, Ioan. Faber. in §. fuerat, eo. 2. de actio. Similis causa est ecclesiæ, quæ sicut vniuersitas nunquam moritur, & non potest personæ alteri fidem pro feudo iurare, sed iurat per hominem, quem exhibet domino morientem, vt dicunt, & confiscantem: & ita per procuratorem, vel indemnem dominum reddere cogitur, Egid. Mag. in deci. tractat. de morticio. seu des amotissimens. c. 6.

10 ¶ Hominitum tamen iuramentum fidelitatis tenentur præstare Beneficarii in omni ademptione feudi, in mutatione domini, §. 1. quo tempore miles inuestitur. potere debe. & mutatione vasalli intra quadraginta dies vel intra aliud tempus consuetudine locali definitum: alioquin domino ius est manum feudo iniciendi, & reditus eius percipiendi, deducto iure partiati, seu coloui, qui coluit res, in consuetu. Andium. tit. de la natu. des fiefz. artic. 101. 102. 103. Bitu. co. tit. de consuetud. feudi. Maine. tit. de la natu. des fiefz. ar. 114. 115. 116. 117. 118. 119. Orleans. tit. des fiefz. arti. 69. 79. 811. Paris. tit. de matiere feud. artic. 38. 50. Chartr. tit. quand lo fiefz chet au profit. 4. de rachapt. arti. 31. 32. 33. Marche. tit. des fiefz. arti. 183. In Burgundia ducatu, annus & dies indulgetur vasallo ad fidem præstandam, in consuetu. Burgun. tit. des fiefz. artic. 12. Apud Blesios in nouatione quidem vasalli per successionem, conceduntur quadraginta dies ad auctoramentum petendum: sed si acquisitione feodum quis consequatur, tantum dantur illi viginti dies, in consuet. Blesensium. tit. des fiefz. arti. 53. Sunt & alia locorum obseruanda consuetudines, quæ breuius tempus vel longius statuunt: vt Turonensium, consuetud. tit. comment l' homage se doit fier, artic. 3. & Angolsimensium, tit. de la distiction & qualidus iurisdictionis, arti. 13. statuunt acquirentem feudum ab alio quam a domino, teneri intra octo dies conuenire dominum, a cuius fide res pender, & ostendere ei contractus suæ acquisitionis, offerreque fidem & hominium, & postea intra quadraginta dies præstare. Ecclesia quoque quæ feudum habet temporalis domini, cum ipsa non moriatur nec viuat, dat hominem patrono viuentem, morientem, & confiscantem aut indemnitatem, id est, substituit in locum sui, hominem in quem possit mors & confiscatio cadere: & ita quoties is homo moritur, vel si alio modo priuatur feudo, debet ecclesia quoque exhibere per alium hominum & indemnitatem, & alia debita, pari modo in mutatione patroni, alioquin patronus manus in feudum, vt homine destitutum, iure iniicit, & ita iudicat, Egid. Magister. in decisio. tractat. des amotiss. c. 8. Videturque indignus beneficio, qui obedientiam detrectat & reuerentiam, quæ hominum ostendit, Chass. in gl. 2. §. 4. des fiefz. in consuetu. Burgun. Homagium quippe coniungit necessitudinem inter dominum & vasallum, & vasallus fit per illud quodam modo eius, Clem. pastoralis. de re iud. c. cõditione, de exce. prala. c. ex diligenti, de simonia.

11 ¶ Obseruare tamen oportet, non perpetuo mutationes cõs vasallorum hominio nouo aut renouationi fidei esse obnoxias, vt in primis rex pro retro feudo, vocat arrierefiefz, si illi obuenerit vel acquisitione vel alio modo, non tenetur fidem vel hominum præstare, Spec. in tit. de feu. §. quoniam, de homag. q. 2. c. Egid. Mag. tract. de feud. c. 1. patrono feudi mediato, quia rex superiorem non agnoscat in regno suo in temporalibus, c. per venerabilem, qui filii sunt legit. apud G. ego. Et retrofeudum censetur reuersum ad prio-

rem naturam, nempe ad principem, a quo omnia feuda mouentur & oriuntur, Bal. in §. 1. de alodis, fisci. c. quæris, de consecrat. dist. 4. l. si vnus. §. pactum, vers. sed si pactum, de pact. in P. nec ius vasallo ideo præstare fide tenetur. Dehinc si vltimus alicuius rei feudalis accedat alicui donatione vel alio titulo, non tenetur nec alius pro eo, fidem & hominum præstare, in consuet. Biturig. tit. de consuetu. feu. §. 9. & 22. vide & ibi Boer. vel alia quæ solent cum hominio exhiberi patrono. Item si diuidatur iure successione feudum inter plures heredes familiaris eriscundæ iudicio, non debetur a singulis hominum, sed sufficit vnum ob mortem defuncti, quia diuisio beneficiarii iuramenti non censetur facta, quamdiu communio est: tunc enim dicunt non esse locum rupturæ feudi, quia in vno qui vocatur senior filius, Gallis parageaus, remanet ius, qui partes alii facit, qui dicuntur parageaus, qui habent in paragio euictionem: at si re ipsa cõ heredes partiantur separatim bona, quia primogenitus amplius non præbet ius euictionis in paragio, omnes fidem & hominum domino feudi debent, in consuetudinibus Blesensium. tit. de garant. en pariage. artic. 71. & 72. 74. Maine. tit. de pied de fiefz. arti. 234. 235. Anion. eod. tit. artic. 219. Touraine. eod. tit. artic. 9. 10. 11. in quib. vide cetera, de paraggi questi. vide Chass. in consuet. Burg. tit. des fiefz. §. 6. & 7. ¶ At si pars feudi alienetur, in questione an is, qui emit, tenentur fidem & hominum præbere priori domino feudi noue, an vero sufficiat hominum vendentis vasalli distinguatur per consuetudines in tractatione feudi rupti vel diuisi, quod vocant pie de sied, aut sied de piece. Nam si vasallus vendit vel cedit duas tertias, ex tribus, partes feudi sui, qui ex illo feudo capiunt, veniant in fidem & hominum superioris domini, per feudi rupti ius, & consequenter iura dominica illi debentur, non vasallo vendenti: contra, si vasallus retento iure homagii, minus, quam tertia pars, alienat, in consuet. Andium. tit. de pied de fiefz. & priage, arti. 201. & 202. 203. Maine. eod. tit. artic. 116. & seq. & 218. Anuerg. tit. des fiefz. arti. 33. 35. 36. 37. Turonum. tit. de pied de fiefz. arti. 2. is enim remanet oneratus præstationibus debitis a feudo, non emtor.

¶ Potest enim quis ouerare suum feudum censu, hominio, reditu, quamdiu vixerit & in perpetuum consentiente potissimum domino, vsque ad tertiam partem feudi, secundum Turonensem consuetudinem, tit. de pied de fiefz. arti. 5. vide Andien. consuet. co. tit. arti. 208. 209. 210. Maine. co. tit. arti. 203. Orleans. tit. de fiefz. arti. 4. Et quia patrimonialia in Gallia feuda, multo magis id licet. Placuit etiam non teneri alitem præstare fidem & hominum, si dominus qui perit, siquidem non faciat de iure suo, vt ait Bald. in c. nulla, nu. 5. ibi & dominus vasalli, & c. per quos fiat inuestit. & ita iudicatum etiam in curia luprema Patrisio, Pap. lib. 13. Arest. tit. 1. ar. 67.

¶ Accedit tamen quod in hac præstatione fidei & homagii, debent etiam numerari & exprimi res, valor, æstimatio, & census annui eorum quæ in feudo retinentur: & a quo domino, & cum quo onere, secundum formam quam proposuit Franciscus primus anno 1339. 35. Octo. b. consti. Franc. des fiefz. & arrierefiefz. Et fere cõs consuetudines Galliarum feudorum tradunt, Boer. tract. in §. 12. & 16. de consuetud. feu. in consuet. Bitur. vasallum cogi intra quadraginta dies post hominum per illum præstitum tradere declarationem seu repertorium rerum feudaliū, vocant Galli la nommee & denombrement: vasallus tamen inuestitus potest cogere dominum demonstrare feudum sineq; illius, & quā partem possidere debeat, gl. in §. alius, de prohib. feu. alien. per Feder. & ibi Bal. & Alex. Hæc professio seu diuumeratio debet fieri expensis vasalli & in mutatione domini: non autem quoties placuerit domino, in quo differat ab emphyteota, qui ad id per dominum vrgeri potest interpellatus, vt ait Guido Papaeus, decis. 417. ex ratione, §. emtorib. autē, de non alie. reb. ecclesia. in auth. & gl. ad authen. si quas rinas, de sacros. eccl. Dignum obseruatione hic est, satis esse si diuumeratio rerum nunc existitum præstetur, vt non antiquior vt publica manus prædiis iniecta tollatur. Et quamuis cliens seu vasallus renecat bona fide beneficaria instrumenta quæque edere: tamen nõ habet necesse primariam fidei concessionem, eod. comiti, dicit, aut domino ostendere, vt ab eo in clientelam coopretur. Vt scribit Ioan. Andreas, ad Speculatorem de feudis, §. 1. vers. porro.

¶ Tradit tamen Chass. in gl. §. 3. des fiefz. in consuet. Burg. hanc professionem, quam dicunt, denombrement, accipi pro recognitione, quam vasallus tenetur facere domino pro re, cuius facit mentionem, ad confirmationem domini directi, quod probat professio: & ideo si in ea quippiam celeretur, amittit ius suum vasallus ipso iure, quia contra sacramentum deierat, & est infidus, §. vasallus si feudum, si de feud. fuer. controuer. §. si. de lege Corrad. & ingrat. Num autem

aurem ex omni parte verum sit, celantem & inficientem res feudales, feudum amittere, & num proestatio profitendi, si quaedam postea cognouerit esse feudi, excusetur amissionem feudi, vide Molinæum plurimum in hoc, in consuet. Parisien. tit. de matiere feudale, §. 30. ¶ Cogit tamen dominus vasallum professionem hanc facere per manus iniectionem in feudum, non tamen fructus suos facit ex defectu dinumerationis, sed vel sequestretur per iudicem, vel postea iubet restitui professione facta ex iure consuetudinum, §. 16. de consuetud. feud. in consuet. Bituri. & ibi Boerius Masuer. in praxi tit. de feudis §. item quamdiu localium, quamuis iure feudorum amittat feudum, Bal. in §. vasallus, in §. si de feud. fuer. contron. inter dom. & vas. Panor. conf. 74. 1. vol. est §. 1. quo tempore miles petat inuestituram.

17 ¶ Cum fidelitate quoque; alia iura domino præstatur ex pacto, vel ex consuetudine locali pro alienatione feudi vel pro renouatione domini aut vasalli. Nam iure communi feudorum, pro inuestitura facienda nihil debetur domino, nisi pactum ea de re factum sit in feudi concessione, vel talis consuetudo sit, Joan. Andr. in addition. ad Specul. in rubr. de preser. ver. vidisti dictum. facit leg. ut iuris iurandi. de oper. libert. in P. Guido Pap. decis. 416. ¶ Sunt tamen ea de re variae consuetudines: nam alicubi, vt Parisius, debetur Quintus denarius & requintus: & alibi, alia iura retractus, vocantur rachat, de redemptione in §. 1. quemadmodum feudum ad filium pertinet. li. 1. Feud. tit. 2. 4. vel annuus rei redditus, vide Boerium in §. 3. de consuetud. feud. in consue. Bituri. Solet autem de his cum dominis componi. Ita valere has consuetudines exploratum est. Alex. conf. 5. §. 14. vol. 5. contra quas & prælationem currere 40. anno. placuit Alexandro: & contra alios dominos directos 30. annorum, Alex. d. conf. 5. Fructus illi annui, vel alia similia præstita, pretii loco redemptione clientelæ censetur, item & releuamentum quæ dicuntur, reliefz, quæ certis casibus in consuetudinibus propriis excipiuntur, vel præstantur, vocantur, quintus & requintus, iura debita domino ob venditionem feudi, quod ab eo tenetur quinti. Quinta pars summæ reuendite, vt si res vendatur quingentis libris: pars quinti, sunt centum libras: requintus vero erit iterum, ex centis, viginti libras, unde pro illis iuribus ad dominum peruenire debent 120. libras, &

19 alio exemplo sic. ¶ Quintus & requintus denarius sic intelligitur, in praxi, vt ex mille libris, ducentæ sunt 5. pars, & ex ducentis, quadraginta: & est hæc quinta quintæ pars: & sic requintus, id est, alius quintus pretii denarius. Ius releuamentum, vocantur reliefz, ex consuetudine alicubi Gallæ est, redditus vnius anni feudi, quod mutat vasallum, aliter quam per venditionem, quod accipitur per dominum a quo feudum mouetur seu pendet. Iure Longobardorum, in mutatione domini vel vasalli pagano vasallo dabatur ad petendam renouationem inuestitura, annus & dies, c. imperiales, §. præterea, de probi. seu. alie. per Fed. lib. 2. Feud. tit. 55. Militi vero, annus & mensis, §. 1. quo tempore mil. inuestitur. deb. lib. 1. Feud. tit. 22. verum nihil eo iure præstabant in renouatione illa aliud quam sacramentum fidelitatis, quo non præstato intra annum & diem, priuabantur feudo, §. 1. de capitul. Corrad. Consuetudines alia tamen locorum, exemplo emphyteuticos, l. 3. C. de iure emphyt. introduxerunt danda quedam nomine auctoramenti patrono, & redemptiones illas dixerunt releuia quæ pro diuersitate locorum habent, diuersa æstimationem. Ita in Neustria & Normania variant hæc iura. Et in Normania quod pertinet ad feuda quæ tenentur a rege, Comitatus habet releuamentum quingentarum librarum: Baronia, centum: feudum de hault haubert, mille quingentarum libras: feudum de demi haubert, septuaginta quinque solidorum Turonensium: alibi aliter tamen ex localibus consuetudinibus feudorum iudicandum. Vbi releuia & redemptiones feudorum seu vt dicunt rachat, sunt cum reditu vnius anni, dubitatum fuit aliquando, nam quia redditus integri totius feudi vnius anni debentur, possit etiam successor in feudo expelli per dominum a domo vel castro feudi? Et placuit senatui Parisiensi non posse expelli, verum teneri domino ad æstimationem habitationis castri vel domus: in aliis autem per se vt frui dominum & percipere fructus etiam ex columbariis, anno illo, vt scribit Egidius Magister, tractat. de feud. & homin. cap. 4. Non debentur porro hæc releuia vel redemptiones feudorum, ex donatione facta ascendentibus per descendentes, vel contra, feudi, cuiuscunque generis sit donatio, sed tantum pro mutatione vasalli præstatur hominum, vt ait Carolus M. linæus, ad consuet. Parisi. artic. 2. & 17. des droictz des Sergeons. nisi qui donat accipiat a donatore quantitate aliquam pecuniæ, vel donator ei debita remittat, pro ea enim quantitate releuamenta & quintus vel requintus denarius ex venditione debitus, exigitur, & idem Molinæus tradit, eod. tit. §. 22. quest.

21. num. 59. Debentur & pro permutatione feudorum ex consuetudinibus, Guid. Pap. q. 92.

Præstatione iuramenti, fidelitatis, & hominii vtilitates. Cap. 16.

- 1 Hominio & fidelitati cliens honorat dominum, & cum eo necessitudinem contrahit.
- 2 Dominus res suas agnoscit & commoda recipit per hominum & fidelitatem.
- 3 Dominus venditum feudum iure prælationis quando retinet, & intra quot dies.
- 4 Domino retinere volente feudum venditum, venditor non potest resistere a contractu.
- 5 Excipiuntur duo casus, si sub conditione venditum, si dominus retinere voluerit, & si non pro se dominus, sed pro alio velit retrahere.
- 6 Dominus ecclesiasticus, prælationis iure non vititur in feudo ecclesiæ.
- 7 Prælationis ius in aliis quibusdam etiam casibus cessare docetur.
- 8 Vtilitas fidelitatis 4. vt si non præstetur, incipit dominus manus in feudum & fructus: & de forma iniectionis, & oppositione vasalli. L. i. re seu codicilli regii de debitis quid.
- 9 Hominii præstatione defectus in Gallia non habet commissum, in re contra, & num ipso iure cadat feudum in commissum, an post.
- 10 Iniectio manuum in feudum ob defectum hominii quando soluitur. Reblaudir le Seigneur quid.
- 11 Fidelitas vel hominii in quo loco præstari debeat domino.

EX superioribus manifestæ sunt vtilitates istius fidelitatis & hominii, nempe quod vasallus ita dominum honorat iusta reuerentia, & necessitudinem quandam cum illo contrahit, & renouat. ¶ Secundo tamen inde dominus quæ sua sunt, agnoscit, & intra 2. imposta constitutione feudi percipit, & commoda 3. ¶ Alla fides maxima accedit, vt dominus hoc modo certior factus de feudi distractione, possit si velit sibi iure prælationis retinere, solummodo emtori realiter pretium cum legitimis sumptibus, ita iudicatur Papus lib. 13. Aristo. tit. 1. ar. 5. & ita etiam tenet Aluar. Bal. Card. Alex. in §. porro, qual. olim seu. alien. post. Joan. de Platea. L. de Pen in l. 1. per illum text. de metallis & metallis. l. 11. C. l. 3. vers. si quidem dominus, & ibi Alberi de Ros. Salye. & las. de iur. emphyt. c. potuit, de locat. apud Greg. Et est consuetudo hæc generalis in vniuerso regno Galliarum, Boer. in §. 1. de la retenue des choses vendues en fief, in consuet. Bituri. danturque domino ad liberandum duo menses, seu sexaginta dies de iure, d. l. 3. C. de iur. emphyt. ex consuetudine 40. dies, post oblationem iuramenti fidelitatis, & postquam illi fides facta est de contractu. Neque præscriptio currit aduersus dominum huius iuris prælationis, etiam per 40. annos, nisi a tempore oblationis prædictæ, Joan. Fab. Bar. Bal. in L. cum notissimis, C. de preser. 30. vel. 40. an. ¶ Minusque tamen impeditur potest eius hoc prælationis, si emitione per facta velit resistere contrahentes ab emitione & resolueret contractum consensu, vt placuit Curia Parisiensi. suprema anno 1533. 9. Februarii, Pap. lib. 13. Ar. tit. 1. ar. 6. ¶ Si tamen sub conditione contractus alienationis iustus sit, si dominus velit probare, & non aliter, respondent interpretes iuris, Guid. Pap. decis. 47. nu. 2. Boer. ad §. 1. tit. de la retenue des choses vendues en fief, in consuet. Burdi. dominum excludi, vel si admitti desideret, nullum esse contractum. Sicuti nec potest retinere rem dominus iure prælationis, si quis de eius consensu vendat, Boer. in d. §. 1. de la reten. quia nec in eo casu debetur laudimium secundum Iason. in l. 3. col. 10. vers. sed antequam atingant, de iur. emphyt. Excluditur quoque si velit non pro se, sed pro alio retinere, & ita iudicari tradit Guid. Pap. d. l. 3. sed ne hac occasione, de iur. emphyt. Guid. Pap. decis. 41. tit. vt de cetero non fiat commutatio in arch. circa medium, 1. colla. 5. facit l. si mulier. §. ex asse, de iur. dot. ¶ Vel si ipse dominus seu patronus sit ecclesiasticus, id est, feudum pendat ab ecclesia, quia nec hic prælatione vititur, quamuis ius canonicum aduersum videatur, in c. potuit, & ibi Panor. Joan. Andr. Barba. de loca. Bal. conf. 250. vol. 3. ¶ Nec tamen pariter alii seculares patroni hoc habent, si res legatur, d. netur, vendatur cum pacto legis commissoria, vel adiectionis in diem, vel retractus, si permittetur, vel alias ex contractu innominato detur, de his omnibus tractant Petrus Iac. in praxi. in for. libelli de action. in rem. in fi. Guido Pap. decis. 47. las. in l. 3. col. 117. de iur. emphyt. Nic. Boer. in d. §. 1. de la retenue, &c. Item si res vendatur vni ex genere venditoris, Joan. Fab. in princ. de em. apud Iust. in quia præstetur domino, §. 5. de consuet. retract. & ibi Boer. in consuet. Burg. text. in §. porro, & ibi Bal. & Card. Alex. qual. seu. alie. post.

8 **¶** Quarta **¶** vltimas fidelitatis faciendae domino est: vt si domi-
no intra 40. dies vel intra aliud tempus consuetudine definitum
non praestetur fidelitas & hominum, possit sub manu sua ponere
feudum, & fructus interim percipere, & fructus facere, donec praes-
tentur, cum iuribus aliis & debitis, in §. 13. 19. 24. de consue. feud. in
consue. Biring. & ibi Boer. Ioan. Faber in §. praedictialis col. 9. ver-
fic. quid dices, de vasallo. de act. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, versic.
85. & alii quos citat Boer. in d. §. 13. facit tex. in §. 1. si de feud. defuncti
fuer. cirou. in §. 1. de suez. in consue. Burg. vbi Chass. alias refert similes
consue. Masu. tit. de feudis, §. item quamdiu, in praxi. Fit hoc potissi-
mum ex mortuo vasallo & nemine fidelitatem offerente vasalli
tamen mors probata per dominum, alioquin ad expensas, damna
& interesse tenetur, nisi id docuerit. Fiuntque prehensiones feu-
dorum ex consuetudine non auctoritate propria, sed publica, ex
mandato ordinatae iurisdictionis, vt tractat Molinaeus ad consue.
Parisien. tit. de feudis, artic. 1. ad verb. *meire en sa main* facit *L. cre-
dit. C. de pigno. meminit de hac prehensione Ioan. Faber, ad §. praedi-
ctialis, de actio.* Si tamen vasallus se obicit iniectioni, in possessione
ne manebit, & coram iudice lis terminabitur, & de exceptionib.
cognoscetur, neque interim is venit sua possessione spoliandus:
quia extraordinaria est illa forma iudicii, quae ab executione inci-
pit, & odiosa, l. 1. *C. de exsecutio. rei iudi.* Proinde qui manus ini-
cit auctoritate vel codicillorum regiorum de feudis dictorum, in
oppositione debet executionem intermittere, & tantum in ius
vocare, Bart. in l. de pupillo, §. meminisse, de op. no. nunt. in P. & ita pla-
cuit etiam senatui Parisiensi 10. Maii 1526. Papius lib. 13. *Arest. titu.*
2. art. 16. Caduntque hac iniectione fructus in commissum, non
autem feudum. Et proinde etiam si fiat interpositione, dominus
manus feudo iniecerit ob defectum hominum vel fidelitatis exhi-
bitae, & possederit per multos annos, etiam si per quadraginta: ta-
men non potest praescribere contra vasallum, sed perceptos fru-
ctus suos quidem faciet: offerente autem & praestante hominum
& fidelitatem vasallo, feudum ei restituet, in §. 15. de consue. feud. in
consue. Biring. & ibi Boer. & idem in §. 2. gl. do. rescript. in eod. lib.
9. vbi similes consue. referuntur. **¶** Res **¶** enim ob defectum hominum
non cadit in commissum in Gallia, Boer. vbi §. vbi alia congerit in
d. §. 2. quauis iure feudorum miles post mortem domini teneat
petere inuecturam beneficij sui, a filio vel successore domini
sui, vel patris sui, vel alterius qui succedere debet intra annum &
mensem, aliter damnatur, nisi iusta causa interuenierit, quare non
petierit, veluti mortis, vel capitales inimicitiae, vel infantia, vel ius-
ta absentia, §. 1. *quo tempor. miles inuectur. pete. debe. lib. 1. Feud. tit. 22.*
Sialius sit quam miles, intra annum & diem, §. *praeerea, de prohib.*
alien. per Feder. De hac autem questione, an ipso iure cadat feudum
in commissum, an vero sententia sit expectanda, tractat late
Molinaeus, *Molin. in consue. Paris. de matiere feudale art. 3. o. sed &*
in his inspicit locales consuetudines primum arbitror, dehinc feudorum.
¶ Oberius, & ibi interp. de feu. cognitio. l. *uenditor §. si constat,*
10 **¶** *commun. proadio.* **¶** Soluerit **¶** itaque manus iniectioni, si domino of-
ferat vasallus hominum & intra, eaq; de re careat, se praestitutum
que praestanda esse apparuerint, hoc vocant consuetudines, *re-
blandir le Seigneur, cuius formula ponitur in tit. de basse voirie, artic.*
24. in consue. Taronum. Cui si dominus detrectat restitutionem,
pro tollenda manus iniectione vasallus debet dominum vicarium
seu fenefarchum adire, oblationes proferre: potest & interdicto
recuperandae possessionis, vocant, *appegement & complaincte,* ex-
per. si aduersus eum, atque interea ad vtendum frue odumque iure
quesito, in possessionem cliens deduci debet, §. 1. *si de feud. de-
finit. conuentio sue. int. dom. & agnat. §. si inter. de alie. feu. pater.* Et si
anceps sit possessio secundum poss. tentis iusturandum, lis debet
explicari, *tit. si int. dom. & vasallis ori. d. c. 1. si de feu. fuer. cont. §. 1. de
contron. inuectur. vel quod tutius est, prouocabit clientulus ab inie-
ctione ad dominum superiorem. Ista remedia etiam & solationes
iniectionis manus oblatione facta seu reblandimenta conce-
duntur ex consuetudinibus, quas videto, in consue. Taron. tit.
de basse voerie, art. 25. *Pitronum tit. de la distiction des iurisdic. art.*
*74. 75. Aureliacen. tit. de feud. artic. 91. &c.**

hibitam in praestanda fide obsequiove patrono, *conf. Aureli. artic.*
69. & 70. in consue. Taron. de basse voerie, art. 25. Andium de la natu.
des siez, artic. 109. Maine de la nature des siez, artic. 120. Bourbonis
tit. des siez, artic. 322. facit in argum. l. sancimus, que est vltim. & l. si
praesens quidam sit, C. de episcop. audien. vel si velit, potest adire feudum
vicariam vel fenefarchum, a quo auctoramentum petat. Tunc
non current morae dies 40. quinimo si non compareat patronus,
nec in domicilio suo sit, potest vasallus osculando ianuam domus
eius vel pessulum ferreum, praestare fidelitatem, vt tradit Alexan-
der Cardinalis in c. 1. volum. 8. vers. quera, titu. quo temp. miles inuectur.
per. in vlt. feud. Boer. in §. 11. de consue. feu. in consue. Biring. potest ta-
men & alibi, si velit dominus, praestari.

De Acquisitione feudi per successione partu-
cularem inter viuos. Cap. 17.

- 1 Succeditur alicui inter viuos, vel post mortem.
- 2 Feudum quod vendi potest.
- 3 Feudum ex consuetudine scripta vendi nequit, at alii in feudari potest sine consensu domini.
- 4 Feudum alienari potest in agnatos, vel ex licentia patris, vel in ecclesiasticis.
- 5 Feudales & consuales res generali Gallia consuetudine libere vendi possunt, irrequisito domino, & sa. no. eius iure. Feuda redacta in Gallia in formam patrimonij, &c.
- 6 Feudi mediam partem sine voluntate domini, iure feudorum quomodo alienaret vasallus.
- 7 Feudum iure communi feudorum non potest permitti sine voluntate domini.
- 8 Feudum quomodo & quando & pro quibus in pignus iudiciale capi possit.
- 9 Feudo onerata imposita per vasallum, resoluntur redeunte ad dominum feudo, nisi ex donatione vel venditione vasalli possideat dominus.

Succeditur **¶** alicui vel eo viuentem, vel post mortem: eo viuentem, per contractus ex eius vel alterius voluntate: post mortem, successione testamentaria vel ab intestato. Itaque & in feudo, ius alicuius in alium transfertur contractu, is autem qui succedit, acquirere dicitur. **¶** Scio **¶** in hac questione varias esse sententias, num vendi, & pecunia & prelo feudum acquiri possit, quas praetermitto, *has refert Curt. iun. in §. 9. 2. par. trac. feu. & in 4. par. quib. mo. feu. amit. g. 26. nu. 117. & cum Francisco Curtio iuriore d. g. 5. 2. par. & in g. 6. 1. par. in nu. 17. tractat. feud. breuitat. resolu. posse feudum, quod proprie feudum non est, intercedente pecunia coeundi, & emi & a domino & a vasallo posse, §. si de iis qui feu. dar. poss. §. 1. de na. feud. §. 1. de beneficio fratris, §. 1. de inuectur. in mar. fall. §. 1. quem ad. feu. ad fil. pert. in vlt. feud. cap. ad nostram, de rebus eccles. non alio. Greg. Quod proprie autem feudum est secundum ea, quae in finitione dictantur, in constitutione non pecuniam, sed amorem exigit, §. 1. de feud. dat. in vicem. leg. commissio. **¶** Ex consuetudine generalitatem feudorum satis apertum, vasallum non posse sine consensu domini feudum alienare, quamuis in feudum possit minimis valuatoribus seu valuffinis: & si vendat vel alienet, irritam esse alienationem, & ad dominum feudum reuertit, §. *calidus §. habito, & §. nos autem, de prohib. feu. alie. per Feder. §. 1. qualiter olim feud. alien. pot. quamuis postea redimat & recuperet feudum vasallus, nam nihilominus priuatur eo, §. 1. quid iur. sit si post alien. vasall. recup. **¶** Nisi **¶** alienatio fieret in agnatos, c. 1. versic. pen. de alie. feu. pater. Pau. Castren. cons. 424. incip. cum situratum. in 1. vol. Bald. in consue. 38. 2. vol. cum non videatur proprie alienatum, quod est in agnatorum familia, l. voluntas, C. de fideicom. l. 1. de impos. iur. descript. lib. 10. vel nisi pacto sibi vasallus praesepert licere liba alienare, *tex. in §. 1. de feu. non hab. propriam nat. lib. 11. Feud. tit. 48. l. 1. in l. fin. col. 2. versic. ex quo habetur, de iur. emph. C. Joan. de Platea. Ludo. de Pen. 21. Bart. in l. Pradia, de locato. proedio ciuita. C. lib. 11. fin. §. feudum ea lege, si de feu. def. contro. sit. lib. 2. Feu. tit. 26. aut si in ecclesiam fieret alienatio, Felan. c. que in ecclesiarum, col. 2. 4. versic. 4. l. imita de conf. Alex. consil. 6. vol. 5. Boer. in §. 2. de consue. Biring. alioquin necessitas virgens clientem permittit alienationem, tunc tamen illius vt se alac causa, Bal. in §. 1. qualiter olim feu. alie. poter. disputat hoc Curt. iun. in 4. par. trac. feud. c. ex quib. caus. alie. feud. lice. 16. g. nu. 10. quia aliena res feudi est.***

¶ Ex **¶** generalitatem consuetudine Galliarum, res feudales & censuales vendi libere possunt irrequisito domino, salvo tamen iure eius, *Jo. Fab. in auct. in gressu, col. vlt. C. de sac. eccl. Quia feuda sunt redacta ad qualitatem proprii patrimonij in Gallia quoad ius suc-*

ius succedendi, vendendi, transferendi, & cedendi, d. Faber in §. 1. de emt. & vend. ap. Iust. in §. in fin. tit. de leg. par. iur. Quid. P. ap. de-
 cif. 59. §. 2. 7. Iacob de bello visis, in rub. in quibus caus. feud. amitta.
 Nec consuetudines feudorum, quae continent prohibitionem a-
 lienationis citanda sunt in Gallia secundum Petrum Iacobum tit. ul.
 de success. seu col. 8. vers. in Summa. Quamobrem & recepta
 est sententia, hanc licentiam disponendi ex arbitrio vasalli de feudo
 locum habere in feudo ab ecclesia habito, dummodo saluum
 ius sit ecclesiae, puta dummodo laudemia & alia commoda ei non
 adimantur, Bal. in §. proterea ducatus, de prohib. feu. alien. per Feder.
 Ioan. Fab. in §. item Seruiana col. 12. vers. quid de ipso feudo, de actio.
 Iafon. in prael. feudo. col. 2. vers. an autem illa constitutiones. Semper
 tamen, & non semel mentionimus, excipimus consuetudines locales,
 si quae prohibeant alienationem: Item & pacta in lege traditionis
 feudi apposta. Nam haec in primis sequi oportet in locis &
 inter personas, in quibus ita disponitur & patitur, Hostien. in Sum-
 ma de feud. §. apud quem, vers. fin. ¶ Iure tamen adhuc communi
 feudorum vasallus mediam partem feudi potest alienare sine
 domini voluntate, non amplius: idque per contractum libellari-
 um, §. 1. de alien. feu. lib. 1. Feud. tit. 13. §. in apud quem vel quos con-
 trou. seu. definitio. lib. 1. Feud. tit. 18. c. fin. de feud. sine culp. non amittit.
 quod reuocatum est ex constitutionibus nouis, §. 1. qual. olim feu.
 alie. por. lib. 2. Feud. tit. 19. §. illud autem, quae sunt pri. cau. benef. amit.
 lib. 2. tit. 2. 4. §. tit. de prohib. alie. feu. per Lothar. & prohib. alie. feu. per
 Fed. Alie. & his consuetudines locales in Gallia derogant, ut dixi.
 7 ¶ Sed tunc iure iudiciorum, per mutationes feudi vasallo inni-
 to domino permittit, quia dominus directus in eo contentum, ut
 sic Aluar. in c. imperiali, de prohib. alie. per Fed. & ibi Lac. de Ardi-
 20. & Spec. tit. de feu. §. quomodo, vers. 32. Quamuis res ecclesiae, quae
 inalienabiles sunt, possint recte cum aliis permitti, l. sed & per-
 mutare, cum auct. seq. C. de sacros. eccl. nempe, quia alii directi non
 habent dominium. ¶ Quod tamen ad pignus iudiciale pertinet,
 nec feuda eius nomine capi placuit, nisi deficientibus aliis vasal-
 lis bonis, & ratione tantum fructuum a creditore percipiendorum,
 feudo integro domino reservato, Aluar. in d. §. 1. de prohib. feu. alie.
 per Fed. argum. l. alienationes, & l. cum putarem, fam. l. er. c. P. & l.
 cum postulare, de damn. inf. eccl. in fin.
 9 ¶ Neque tamen aliquod onus, vel seruitus in praedictum domini-
 cium imponi possunt: & quamuis imposta teneant pendente
 possessione vasalli, tamen eius iure resoluta, redeunte feudo ad
 dominum iure domini, resoluuntur & euanciscunt, §. quid ergo, de
 inoff. de re. alie. fact. c. 1. §. rursus, de contr. in off. l. lex uel ligali, de pi-
 gnor. P. quamuis si ad dominum alio titulo priuato, ut donatione
 vasalli redeat, insitineantur, l. cum auct. C. de rei. vmd. l. ex qua per-
 sona, de reg. iur. P. Perrus Iacob. de actio. quo dant. pro re que cadit in
 commiss. Item vsum fructuum quoque vasallus recte alienat, quia
 fructus illi, feudum non sunt, l. in adibus, §. 1. de donat. P. in sui praedi-
 cium tamen, non domini, Aluar. in d. c. imperiali, Ioan. Ray-
 nald. §. gl. in §. proterea, de capitul. Corrad. negand. sed distinguo ut
 in seruicute, & Curt. in 4. part. tractat. de feu. tit. ex quib. caus. feud. a-
 mit. in 12. q. nu. 106. Fructuum commoditates, & vasallum alienare
 ad tempus posse facit in argumentum l. 1. c. si pignus pignori dat. lit.
 probat. Bald. in c. 1. §. aut si libellario, quib. mod. feu. amit. vnde & pro-
 pter talem alienationem feudum non dicitur apertum domino,
 ut ait Aluar. in c. 1. §. fin. quae sunt prim. caus. benef. amit. conclus. 3. 1.
 Zafus tit. de feud. part. 10. de feudis auct. Andreas Pannoniae rex
 fidei violatae postularus est apud Honorium 3. pont. summ. quod
 neglecto iure iurando dominica praedia alienasset, capit. intellecto,
 de iure iur.

De Acquisitione feudi per successionem de- functi. Cap. 18.

- 1 de Feudo, an vasallus testari possit etiam pro anima, & quando in
 quing. casibus pro anima testetur iure communi feudorum.
- 2 Feudo legato ecclesiae vel alius manibus mortuis, heres tenetur ius
 mortuicium suis expensis a rege impetrare.
- 3 In quibus causis possit vasallus de iure communi feudorum, de
 feudo testari.
- 4 Quae sit, num feudum quod est ad filios peruenitur, possit vni
 filiorum per patrem praelegari.
- 5 Feudum quando veniat in restitutionem fideicommissi quo gra-
 uatur filius.
- 6 Feudum quando imputetur in legitimam.
- 7 In feudo quomodo succedatur ab intestato per plures.
- 8 Droit d'aîné ou d'aînelle, quid sit, & quantum primogenitu-

re iure apud unum primogenitum ex filiis succedentibus ab in-
 testato remaneat.

9 Cheze precipuum primogeniti quid.

Quomodo tamen feudum successione ab intestato quaeratur, par-
 tim in personarum qualitate dictum est: reliqua ex sequen-
 tibus, & ex testamentaria successione constabunt. Regulam ita-
 que constituunt iura feudalia generalem, vasallum non posse de
 feudo testari, etiam per omnia, hoc consuetudine fere Gallie totius
 & feudorum receptum. In Gallia, par. costume du Maine, tit. des suc-
 ces. artic. 137. Orleans, tit. de dona. testamen. artic. 14. & tit. des suc-
 ceptions, art. 265. Paris, tit. de success. art. 120. Blois eo. tit. art. 137.
 Charlois eod. tit. art. 95. Bourbonnois eod. tit. art. 324. Auvergne eod.
 tit. art. 53. Poitun, tit. de testamen. art. 208. Anglomois, eod. tit. art.
 114. Tourene tit. de success. etre nobles, art. 1. iure autem consuetudinis
 feudorum id ipsum receptum est, ut in c. 1. de success. feu. c. 1. §. donare,
 qual. olim feu. alie. por. Soc. consil. 191. inci. ad sit. 3. col. in 1. part. exami-
 nat per plures ratio in vtriusque sententiam Franc. Curtius Senior in
 4. part. tract. feu. ex quibus caus. feu. amit. q. 31. nu. 125. & seq. Et idcir-
 eo iure palam est, non posse acquiri ex testamento vasalli feudum.
 Excipiunt quinque casus, quibus disponit pro anima, Cur-
 tius, vbi §. & Hostien. in Summ. de immunita. eccl. §. in quantum, 7.
 col. vers. sed nec illa immunitas. Primo, si feudum sit perpetuum,
 & per alium seruitium praestari possit, prael. proxime cita. interp. &
 Felin. in c. que in ecclesiarum. pr. char. de constit. 2. si feudum liberum
 sit & francum, Bald. in c. inter dilectos, 4. col. de fid. instrum. 3. si feudum
 cum vasallo ad ecclesiam veniat, ut ea utatur pendente eius
 vita, Innocent. & alii interp. in c. in praesentia, de probat. ap. Gregor. 4.
 si habens feudum ab ecclesia in aliam ecclesiam transferre velit,
 Felin. in d. c. que in ecclesiarum. 5. ut si legatum feudi factum non
 valeat, tamen in hoc operetur, ut in hoc ecclesia recipiat aestima-
 tionem, Curtius, vbi §. & Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 27.
 facit l. filius, §. 117. §. sed si quid alieni, de leg. 1. ¶ Addere tamen licet, quod
 in legatis feudis ecclesiae vel alius personis manuum mortuarum,
 pura xenodochii, capitulis, collegiis, & similibus, heres defuncti
 tenetur suis impensis ius mortuicium a rege impetrare, ut ait Iosepho
 Parisiensi decimus est anno 1558. 21. Martii pro administratori-
 bus prochorophii sanctissimae Trinitatis Lutetiae, contra domi-
 nam Mariam de Briconeto in feudo de l. hiernille. Idque iustis ratio-
 nibus, quas refert Egidius Magister, in decisio. tracta. de amor-
 tificap. 7. apud quem videto. ¶ Placuit tamen interpretibus iure
 feudorum admitti testamentum de feudo vasallorum, certis de causis:
 1. si dominus viuente vel mortuo vasallo ratum haberet testa-
 mentum, valebit namque in praedictum dominum ratum habentis,
 arg. l. fin. C. ad Macedo. Bald. in d. c. 1. §. donare, qualiter olim feud.
 alien. pote. ar. P. paternum vel antiquum feudum, consensus hic non
 praedicitur proximis, nisi & illorum accedat consensus, §. 1. de feu.
 pater. Martin. Landen. in d. §. donare. Et id ipsum 2. verum putatur,
 si praesentibus & non reclamantibus, vide Bald. & alios, in l. que
 dotis. sol. mat. iud. dem. personis fiat testamentum. Probatum & 3. tes-
 tamentum, in quo relinquuntur feudum filio, vel agnato, ad quem
 aliter etiam esset perueniturum, Ioan. Rayn. in §. habito, de prohib.
 feu. alien. per Federic. 21. col. facit tex. §. 1. de alie. feu. pater. Item 4. si
 feudum concessum vasallo pro se & pro quibuscunque heredi-
 bus suis, Bald. in l. 1. & 2. de prohib. alien. feud. per Feder. Bald. in l. 1.
 de rer. diuis. c. 1. de feu. non hab. prop. nat. Alex. in l. quaedam, §. vbi, de
 eden. late Curt. vbi §. & ita legatarius eius pro herede habetur, l. in
 tempus, §. 1. de usufructu. Licet ex consuetudine Biturigum, in consuet.
 Bitur. tit. de testam. §. 1. & Burgundiae, in consuetu. Burg. tit. des suc-
 ceptions. §. 4. in Gallia de feudo testari.

¶ Ceterum tamen quando receptum est, vasallum non posse testari
 de feudo, ardua valde & quotidiana insurgit questio, & a pluribus
 varie agitata, quorum sententias adfert & explicat Franciscus Cur-
 tius, vbi §. num. pater possit in testamento vni filiorum, qui ad feudum
 veniunt, totum feudum praelegare. Quidam And. de Iser. Al-
 uar. in §. 1. de successio. feud. & alii in vbi, recte negare videntur, quod
 pater hoc modo contra prohibitionem disponderet, & providentia
 legalis utroque vocet qualiter, quae infringi ab homine ne-
 quit, l. si arrogator. de adop. P. Potissimum cum ius patris morte fi-
 niatur, l. vxor patri. C. de leg. 1. l. stipulatio ista, §. si quis ita, de ver. obl.
 Atque cum ex stipulatione paterna ius quaesitum sit filio, l. quod
 dicitur. eod. alia dispositione patris auferri non est receptum, leg. si
 post mortem, §. fin. de bon. poss. contr. tab. l. insulam, §. fin. sol. marr. in P.
 nisi consentiant quorum interest, vel ratum habeant. Sunt illis a-
 liae rationes omittae. Quemadmodum qui contrariam sequuntur
 viam, ut Paul. Cast. consil. 165. inci. in causa. pluribus eam firman-

voluntq; posse vasallum disponere testamento, vt primogenitus succedat tantum in feudo. Citant l. 2. C. de secund. nupt. Item 2. quod ius patronatus, quod ad omnes liberos ab intestato pertinet, l. vt in iur. iurandi, §. si liberi, de oper. libe. possit vni ex liberis assignari, l. i. de assign. liberi in P. Tum etiam 3. quod rogatus aliquid familie relinquere, potest vnum ex familia eligere, l. vnum ex familia, in princ. de legat. 2. §. si filium, §. pen. de legat. 1. l. cum plures, de leg. 3. Potest addi argumentum emphyteusis receptæ pro se & heredibus filiis, quæ vni soli relinqui potest, Speculat. tit. de locato, §. nunc vero aliqua, vers. 78. At in tam varia questione vallata tantis propugnaculis vtrique, Curtius sequitur distinctionem Francisci Aterini, Franc. Curt. in l. apud Iulianum, §. si quid alicui, de legat. 1. atque duobus axiomatibus resoluit. Primum, quando filii succedunt in istis iuribus feudi ex mero iure concedentis, quia pater nihil dedit de suo pro eis obtinendis, tunc filii dicantur venire ex mortis causa capione secundum Bart. in l. si mihi & Titio, de verb. oblig. & in l. mortis causa capitur, de donat. caus. mort. in P. adde Bal. in l. i. in fin. per quas perso. nob. acquir. Vnde sequitur quod dum nihil habeant a patre, ius quod habent ex persona alterius, paternò possit illis auferre. Quare si pro feudo pater pecuniam non dedit, pater alteri ex filiis non poterit prælegare. Alterum est, si pater accipiens feudum vel emphyteosin pro se & filiis, aliquid exponit de proprio, tunc filii videntur habere feudum vel emphyteosin ex tacita donatione paterna: & tunc distinguendum, an filii essent sui iuris tempore mortis, vel non: vt si non sint, videatur renouata donatio per tale prælegatum: si autem sint sui iuris, saltem tempore mortis, hic casus pendeat ab his quæ ponunt Bartol. & Moderni in l. qui Roma, §. Flavianus, de verb. oblig. Vide cetera apud Curtium, qui singulariter addit, quod quando feudum susceptum est pro se, filiis, & heredibus, id est, quando feudum est hereditarium, proculdubio tenendum est partem posse vni filio prælegare, cum in tali feudo nemo alius possit succedere, quam is qui heres eius sit qui acquisiuit, & ideo factum eius non potest impugnari, l. cum a matre, C. de rei vindic. & hoc est quod voluit Bart. in l. vt in iur. iurandi, §. si liberi, de oper. libe. Et in hoc feudo hereditario, factum patris præiudicat filio, Alex. consil. 124. circa medium.

¶ Hinc fit, vt si pater alterum grauauerit, vel omnes onere fideicommissi, testamento feudum hereditarium veniat in restitutionem fideicommissi: non hereditarium autem susceptum pro se & filiis tantum, non vtriq; nisi fideicommissarius sit de descendentibus capacibus ad successionem feudi, tractant hanc q. Bart. Alex. & alii in l. si patroni, ad Treb. in P. Alexand. in consil. 29. §. 5. vol.

¶ Placuit etiam, feudum imputari in legitimam regulariter, dum modo ipsum feudum proueniat ab ipso testatore: secus, si proueniat ab illo ascendente, Alex. in d. l. si patroni, Curt. in 4. part. tract. feud. ex quibus caus. seu. assu. num. 134.

¶ Quando ita intestato feudum sua natura est indiuiduum, vt regnum, comitatus, marchionatus, baronia, & similia inter plures fratres datius succedendi: distinguendum est secundum consuetudines locales, quarum illa æquissima videtur, in consuet. Turro. comme baronie doit estre despartie art. 1. & 2. Andium tit. des partages, artic. 278. ¶ Per quæ si bona alia, quam feudalia sunt bonis defuncti, apud primogenitum iure primogenituræ, quod vocat droit d' aînesse, aut d' aînesce, feudum integre remanet cum suis iuribus, nec diuiditur, dummodo aliis æquam portionem illius feudi ex aliis hereditariis bonis suppleat. Quod si nihil sit, ex quo suppleri pars possit, tunc diuidentur res feudi per manus primogeniti, qui sibi iura primogenituræ retinet, satisfacto tamen pro illis ex aliis bonis fratribus. ¶ Iura ita autem illa sunt, castrum præcipuum feudi, cum concepto eius & iure excubiuarum, vocat droit de quez, vnum hominum seu fides vasalli alicuius, ius patrimonii facultas dandi elemosynarias, leprofarías, & quod dicunt, le Cheze, nempe quatuor arpentia terræ circum castrum extra fossas eius, & vallum: dummodo intra septa eius mensuræ non sit ciuitas, piscinum, aut clibanum, seu furnus, bannaria: hæc enim diuidenda sunt familie circumsæ iudicio, vt reliqua: pro his tamè arpentis terræ, iuxta prædicta loca proximiora totidem accipier. In aliis autem feudis eadem fere iura primogenito competunt, sed non tam ampla: nam competit quidem & domus præcipua, nomè & insignia feudi, & septum & hominum selectum vnum, verum pro iure illo le Cheze, si septum non sit, vnum tantum arpentum terræ competit, & vt dicunt, volatus Gallinacti, vel le vol d' un chapon. Consuet. de Turine tit. de succession des nobles, art. 3. Maine, eod. tit. art. 23. §. 239. & 252. Paris. tit. de matie feod. art. 8. Charolois, tit. de sifz. art. 4. Bourbon. tit. de success. artic. 301. 302. &

304. Aluernia eod. tit. art. 51. Sed in hoc etiam variant, & proinde consuetudines ipsæ sunt consulendæ.

De Causis, vt beneficia feudalia concessa sunt, & Extinctione, vel Reuocatione beneficii. Cap. 19.

- 1 Res omnis isdem soluitur, quibus inducta est causis.
- 2 Finis concessionis feudi amicitia, & quadam ex fide necessitudo.
- 3 Ideo Ingratitudo beneficii amittendi causa.
- 4 Ingratitudo & domini erga vasallum est.
- 5 Feudo priuatur vasallus, si vocatu non veniat, & fidem non prestet.
- 6 Vasallus vt priuatur feudo ob non Seruitium exhibitum, interpellari debet.
- 7 Vasallus in bello dominum non iuuans, vel si deserit pugnantem, feudo priuatur.
- 8 Vasallus in omnibus iusto & iniusto, an iuuare debeat dominum.
- 9 Vasallus quo feudo, & quatenus tenetur sequi dominum: & ibi questiones plures de non iuuato domino in bello remissive.
- 10 Feudo priuatur qui non defendit dominum consilio vel auxilio.
- 11 Bannum & Heribannum quid vocentur in Gallia.
- 12 Feuda franca a banno libera.
- 13 Feudo priuatur vasallus qui beneficii patronum fuerit aggressus, vel dominum eius, vel si infidias ei molitus.
- 14 Feudum amittit vasallus, deserendo dominum, & Consilium detegendo.
- 15 Item si testimonium sponte in dominum dixit.
- 16 si Aduocatus contra patronum sit.
- 17 Vasallus male iudicans contra dominum, quando feudo priuatur.
- 18 Adulterans uxorem domini sui, vel rem habens cum certis personis aliis eius domus, priuatur feudo. Item turpiter cum uxore domini sui Ludens, &c.
- 19 Etiam si uxor domini sit vidua vel sponsa: idem in eius Pedissiqua, etiam si prædicta persona essent publice meretrices: Quid de Concubina domini remissive.
- 20 Si se Supponat uxor domini vasallo in lecto eius, feudum non amittit.
- 21 Ingratitudinis causæ, quibus amitti potest feudum ex aliis capitulis, quomodo elici possint.
- 22 Inficiatione domini ex certa scientia feudum amittitur, non si ignoranti.
- 23 Vendens feudum sine voluntate domini, quando feudo priuatur.
- 24 Dominus inuitos vasallos in alio iure feudorum non potest alienare.
- 25 Exstinguuntur aliqua feuda ammonaria, Inopia domini.
- 26 Vasallus tenetur Alere dominum inopem.
- 27 Beneficium seu feudum Insolenter tractans, feudo priuatur si minus non respiscat.
- 28 Promissio beneficii seu feudi antequam domino competat, quando exstinguitur.
- 29 Feudo debito priuatur, qui permisit alium de eo inuestiri.
- 30 Feudum etiam amittitur Reputatione, vel Refutatione.
- 31 Feudum quoque exstinguitur, si res data sit aliena, & vasallo tenetur dominus de euictione.
- 32 Item si vasallus non potest Officia vasallitica prestare.
- 33 Et per Renuntiationem in manus domini.

¶ Omnis res per quascumq; causas nascitur: per eandem scilicet contrarias, dissoluitur, c. i. de regul. iur. ap. Greg. & l. nihil tam naturale, eo in P. ¶ Summa res totius intentionis est beneficiorum concessionis benevolentia, vt necessitudo coniungatur dantis & accipientis: cultus vinculum fides beneuola, & repensio beneficii, ad quam naturaliter tenemur, l. sed et si lege, §. consilium, de de petir. hered. P. l. Aurelius Regulus, de donat. in P. l. si pignore, de iur. in P. Amicitia huius fides, in re & consilio consistit: proinde cum fundamenta hæc fidei & bases corrumpant, fat scio neminem inficiaturum, beneficiorum causam corrumpere oportere destitutam sua substantia. Sic enim in finitione diximus feudi, amore, non pecunie causa feudi constituit, c. i. de feud. dato in vicem legis commissio. Nam amicitia quæ beneuolentia est, & voluntas erga alium quem rerum bonarum, illius ipsius causa quem diligit, cum pari eius voluntate, Cicero de inuentio. Et amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam, Cicero de amicit. ¶ Hæc ita prouocat patronorum munificentiam in beneficiarios, quam si cileus aut contempserit, aut ingratus fuerit, vt indignum beneficio spoliandum optimis rationibus consuetudines feudorum existimauerunt. Atque ne post hæc licium esset

esset seges incerta, prescripserunt causas, que muneris beneficia-
 rii sunt, a quibus declinans, & delirans dolo malo cliens, a bene-
 4 ficio caderet, & sine culpa non priuaretur, c. de feud. sine cul. non
 amit. lib. 1. fen. tit. 2. §. 1. de natur. feu. eo. lib. 1. tit. 7. c. 3. quo tempo. mil.
 inu. p. de be. s. 2. de cons. ap. Grego. & q. 2. causas exprimen-
 do, que torquetur etiam in dominos, qui fidelibus suis vices red-
 dere tenentur: alioquin & isti quoque iustidi, c. de forma, 2. 2. q. 5.
 5 Sicut enim gratia tres vel charitas inter se implexæ sunt, vt gratia
 perpetuo volumine & circuitu gratiam pariat. ¶ Primum ¶ itaq;
 feudo vasallas priuatur, si vocatus legitime & cum potest, nõ ser-
 uat, §. 1. de feud. sine cul. non amit. §. sed non est alia, que fuit prim.
 caus. benef. amit. §. et si vasallus, & §. licet vasallus, si de feud. def. contro.
 sit, §. c. lib. 2. tit. 16. §. si de alod. tit. 7. 4. vel si non fide piter domino,
 §. si per. de be. s. 2. de cons. ap. Grego. & q. 2. §. et si alia, que fuit prim. caus.
 benef. amit. lib. 2. tit. 2. 4. secundum capita traditionis. ¶ Quæ ¶ de dilata-
 6 & mora præstadi iuramentum fidelitatis, facimus in iuramēto
 fidelitatis, hic repetenda sunt: At in seruitio dicitur mora ante
 priuationem per interpellationem exigitur, aliter non priuatur feudo,
 si paratus esset, in superiorib. iurib. Et in §. ad hoc ut hic finit. lex
 & c. lib. 2. tit. 28. licet nec prescribit contra dominum vlllo tempore, si
 dominus non egens, eo non vsus fuerit: contra si egens non vtatur,
 vt disputat Felinus, in c. ad audientiam, nu. 19. de prescrip. Et in
 7 c. cum accessisset, 18. col. de cons. tit. 17. Et vt alibi c. fin. de
 feu. sine culp. non amit. lib. 1. tit. 21. dicitur, si in pugna cum dimi-
 serit, & cum eo non laborauerit. Et rursus, §. item qui dominum,
 que fuit prim. caus. benef. amit. lib. 2. Feud. tit. 2. 4. qui dominum
 suum, cum quo ad prælium iuerit, in acie periclitantem dimiserit,
 8 beneficio indignum se iudicauit. ¶ Hic ¶ quidam dixerunt & in
 bello iusto & iniusto vasallum iurare debere dominum, exceptis
 casibus, si contra superiorem vel antiquum dominum opem po-
 stularer, vel extra communionem ecclesie esset dominus: quia
 tunc ipso iure soluantur clientes a sacramēto fidelitatis domini-
 orum, donec redeant in gratiam ecclesie & principis vel antiquioris
 patroni, si feudum non sit ligium. Quod & æquum est & sanctif-
 simum, sicuti & probare in omni alia causa vasallum teneri de-
 fendere dominum, sed non iniuste manifeste pugnantem, alium-
 ve intadere cogendum, de bis, in §. hic finit. lex, & c. lib. 2. Fen. tit.
 28. Sic forma fidelitatis habet promissionem iuuandi dominum
 contra omnem hominem, filium, fratrem, patrem, excepto rege
 vel imperatore, §. 1. de non for. fidel. lib. 2. Feud. tit. 7. excepto quoq;
 domino antiquiore, §. contra omnes, tit. hic finit. lex. Sic pulcra ex-
 stat constitutio Federici in hæc verba, precipimus, vt si vasallus de
 feudo suo alium vasallum habuerit, & vasallus vasalli dominum domini
 sui offenderit, nisi pro seruitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine
 fraude ante habuerit, feudo suo priuetur, & ad dominum suum,
 a quo ipse tenebat, reuertatur, in §. illud quoque de prohib. alien. feud.
 per Federic. lib. 2. tit. 6. nisi & c. Sanctior autem illa opinio mihi vi-
 detur, que tradit, Jacobus de bello vis. Et And. de Iern. in §. 1. qui-
 bus mo. feu. amit. vasallus non teneri iurare dominos sine defen-
 dendo, vel inuadendo in bello iniusto, quia non dicatur opem fer-
 re, quia ad nocendum adiuvat, can. si rex, 2. 4. q. 7. §. in c. de forma, 2. 2.
 9 q. 5. ¶ Bellum ¶ porro iniustum dicitur quinq; modis, §. in §. ex his,
 23. q. 1. notat. in lex hoc iur. c. de iusi. §. iure. Nec tenebitur tamen
 vasallus se qui dominum pro bello particulari eius vel alterius parti-
 cularis extra prouinciam, nisi pro defensione regni, ad depellen-
 dos hostes eundam sit, dum vitandus est ingressus hostis, Ioan. de
 Iser. in c. 1. §. sed nec iustior, que fuit prim. caus. benef. amit. Alia in §. 1.
 quib. mo. feu. amit. In hoc capite plures disputat quæstiones Curtius,
 quas video, Curt. in 4. par. tra. ex quib. caus. feu. amit. vique ad
 2. 1. num. vtrum contra se iurare teneatur dominum, num primo
 iuuans, postea deserens, priuatur feudo, an inhabilis bello teneatur
 iuuare, num si dimisit dominum putans mortifere vulneratū,
 si honesta de causa relinquit, si dimissio domino non nocet, si
 duo fratres vasalli in prelio sint, & vnus relinquit dominum, alius
 10 remaneat, num priuatur relinquens. ¶ Proxima ¶ est reprehensio
 præcedenti, non defendisse dominum: quod dominum a morte
 si posset, non liberauerit. Et ideo tunc quoque feudo priuatur,
 §. fin. de alien. feud. pater. in 2. tit. 39. vbi glo. explicat, si sine sua vita
 periculo puta, quia non detexit infidias domino factas, prehensio-
 nem decretam, vel magnam iacturam patrimonii imminentem,
 & in similibus opera suam non obiecit, §. prætoræ, que fuit prim.
 caus. benef. amit. Debet in omnibus fidelitatis capitulis vasallus auxi-

lium & consilium domino, neque sufficere ei abstinere a malo, nisi
 & quod bonum est faciat, §. 1. de for. fidel. lib. 2. Feud. tit. 6. can. de
 forma, 2. 2. q. 5. Ex superioribus itaq; constat, moram & culpam
 in salute & defensione domini nocere: moram autem culpam
 interpellatione fieri, §. 1. de feu. sine culp. non amit. §. sed non est alia,
 que fuit prima caus. benef. amit. cum similib. si vocatus eius rei gra-
 tia a domino, vel si, cum scire posset vocari, non adfuit, l. quod re,
 si cert. per. in P. l. mora. de vsur. P. l. si ex legati caus. de verbor. oblig. P.
 Proinde in Gallia dum obsequia & seruitia a cliētibus per regem
 desiderantur, conuocantur per bannum & heribannum. ¶ Ban-
 num ¶ Franci dicebant vocationem. Heribannum autem in
 11 constat componi, vel a voce Germanica hœet/ id est, exercitus, vt
 cum delectus indictus exercitus edicitur, vocari dicantur omnes
 vasallidæ exercitum, vt veniant, vel vicarium mittant, vel certum
 æs ad erarium deferant: vel si manū coniungere Græcam dicitio-
 nem, dices ban, a πᾶν omne, quod omnis exercitus vocetur, vnde
 & dicimus pistrinum bannarium, & clibanum bannarium, id est,
 12 omnibus certi loci hominibus communiter inseruiens, vnde &
 vox erit Gallica Rÿreban. ¶ Ab ¶ hæcque obsequio quædam feuda
 liberantur: qualia feuda aliquorum ciuium, qui ex diplomate
 regio ciuitatis certæ obsequio manciantur, talia etiam & feuda
 franca & libera. ¶ Tertio ¶ loco multo magis erit puniendus ad-
 13 emptione feudi, qui non solum beneficium non defendit, sed et
 aggressus fuerit, vel castrum domini, sciens maxime ibi enim esse
 vel dominam, §. similiter, quib. mo. feud. amit. lib. 1. tit. 5. §. 1. quib. mo.
 feu. amit. tit. 17. quamuis et si nesciat, eo ipso quod castrum domi-
 ni violat, priuandus sit feudo, §. glo. in d. §. similiter, Et in §. porro, que
 fuit prim. caus. benef. amit. Hicq; proditoris crimen est: perfrictaq;
 maxima, que etiam alia pœna viuicanda est: ceterum nunc tan-
 tum de feudi amissione agimus. In istis violantur sacramenti fide-
 litatis præstite duo capita, tutum & incolume, damnum corpori,
 & damnum castro inferendo, §. 1. de form. fidel. lib. 2. Feud. tit. 6.
 Cum domus vnicuiq; turissimum debeat esse refugium, l. peri-
 que, 18. de in ius vo. lib. 2. P. tit. 4. Et l. qui in domum alienam, de in ius
 in P. l. si eum, in fi. de fidei com. libert. in P. l. idipsum intellige, si impius
 manus in dominum intulerit, vel vite infidiatu fuerit veneno,
 vel gladio, vel aliter, §. porro que fuit prim. caus. benef. amit. Si tamen
 voluit dominum offendere, nec tamen iustidatus fuerit, feudo nõ
 priuatur, §. si voluer. de capita. qui cur. vend. lib. 2. Feud. tit. 5. At si
 fratrem suum occiderit, vel nepotem fratris filium, feudo priuatur,
 §. similiter, quib. mo. feu. amit. lib. 1. Feud. tit. 3. S. denique, que fuit
 prim. caus. non item si fratrem domini sui, §. 1. an illo qui interf. fra-
 trem domi. sui, & c. lib. 2. Feud. tit. 3. 7. grauius enim scelus est prode-
 re proprium sanguinem, & patricidium homicidio alterius homi-
 nis, vt docemus alibi in crimine de sicariis. Sed & singulare est,
 etiam eum qui repudiauit feudum, & ad obsequia non tenetur,
 tamen ob memoriam pristinae amicitiae cõfendere non debere
 dominum antiquum, §. fin. de vasal. qui con. cons. tit. Lothar. re. Fen.
 alie. lib. 1. Feud. tit. 3. ¶ Quarto ¶ loco & lædit tutum, & feudam a-
 14 mitit vasallus, dominum defendendo vel consilium eius scienter,
 id est, dolo malo detegendo, quod detectum nocet, d. §. 1. de for. fi-
 delit. in 6. lib. 2. §. 1. quib. mo. feu. amit. lib. 1. tit. 17. §. item si delator, que
 fuit prim. caus. benef. amit. Sic enim exosos huiusmodi delatores
 leges habent familiares & domesticos: vt statim a limine iudicij
 illorum voces sine stas silere, gladio vitore iubeant, leg. si quis ex
 familiaribus, qui accu. non poss. C. Et eos qui proditores domini orũ
 sunt reiciunt cum indignatione, l. fin. de delato. lib. 10. C. nisi delatio
 sit criminis proditoris maiestatis, §. in d. §. item si delator, per §.
 caus. vt cum de appel. cog. in Auth. vel suam prosequantur iniuriam:
 de suorum iniuria non idem, quia polliciti sunt vasalli contra om-
 nes fides, in §. contra omnes, in c. finit. lex. Et vel nisi minores
 essent eiusque ætatis vasalli, que veniam mereatur, Aluarot. Iacob.
 de Ardi. in d. §. item si delator. ¶ Simili ¶ ad emptione castigatur
 15 qui subicit accusatorem vasallus, vel testimonium dõsit aduersus
 dominum sponte, ac qui detulit: non si coactus a iudice, §. glo. in d.
 §. item si delator, facti post legatum, §. inu. vero, & ibid. Accur. de iis
 quibus vt indig. P. ¶ Eademque ¶ distinctio, que a teste facta est, in
 16 aduocato vasallo tuenda est, vt si sponte contra dominum patro-
 cinium exhibuerit, feudo priuatur, §. glo. in d. §. item si delator. Et ibi
 Aluarot. Et Jacob. de bello vis. l. fin. P. de inoffic. testam. quia confi-
 lium pollicitus est domino in iuramento fidelitatis, & tutum &
 vile, tit. de form. fidelit. Et tit. de non form. fidelit. melius in §. præter-
 ea, que fuit prima caus. benef. amit. In quo differt a libertate, qui
 non pollicetur in manumissione patrono: & ideo aduocatione
 impune contra illum fungitur, l. qui cum maior. §. si patroni, de bon.



lib. 11. in P. Contra, si coactus necessitate officii contra dominum postulauerit: excusatur enim, l. prouidendo, C. de postul. Et ego hanc sententiam sequor, quamvis Franciscus Curtius iunior subsistat, 4. part. tractat. de feud. cap. ex quib. caus. feud. amit. nu. 72. & delibendum amplius censet, num ob patrocinium spontaneum contra dominum feudo priuetur va'allus. ¶ Affinis ¶ causa priuationis est, si va'allus in causa domini iudicauerit contra dominum, & ex iisdem actis superior eius sententiam rescindat, gloss. in d. §. item si delator. per l. post. legatam. §. quidam. de his quibus indig. qua intelligenda sunt, si arguatur precedens animus in patronum male affectus, vel culpa, quod non consuluit peritiores: & si inde magnum dispendium domino acciderit, vel si criminalis esset causa, Aluaro. in d. §. item si delator.

¶ Accedit ¶ alia causa ingratitudeis grauissima, qua priuatur feudo va'allus delinquens contra honestum, q. pollicetur in fide, ut. de for. fidelit. si concubuerit cum vxore domini vel tentauerit concumbere, aut cum ea turpiter luserit, aut si cum filia aut nepte vel ex filio, aut cum nupta filio, aut cum sorore domini, si ista personæ in domo domini maneant, §. item si fidelis. quib. mo. feu. amit. lib. 1. tit. 5. ¶ alio. quib. mo. feu. amit. tit. 17. c. si de feu. sine cul. n. amit. lib. 1. tit. 21. §. rursus qua fuit prima cau. ben. amit. li. 2. feu. tit. 24. ¶ Probat ¶ & defendit per pulcre Franc. Curt. in 4. part. tract. de feud. in c. ex quib. caus. feu. amit. ann. 21. per seq. hoc ipsum locum habere in vxore etiam vidua & sponfa domini, idem in a pedisse qua. Et quod valde notabile, etiam si prædictæ enumeratæ personæ essent publicæ meretrices. Nam & adhuc va'allus in reuerentiam & honestatem domino iuratum, abstinere debet. Quid autem in concubina, tu ipse apud ipsum video, ne suppilem seruitia illius. ¶ Reu tamen ¶ non putant vel ad emtionem dignum va'allum, si concubuerit errore ductus cum vxore domini, puta quod illa se in lecto va'alli, pro eius vxore se subiecerit, Aluaro in §. 1. coll. vlt. quib. mod.

¶ Superioribus ¶ causis ingratitudeis similes possent contingere, quæ non fuerunt expressæ, quæ tamen ad calculum a lectionis a probro & circumspetto iudice deduci possunt, accurata rerum & personarum consideratione adhibita ex clausulis feudorum generalibus, quæ superioribus adiciuntur, ut priuentur, si similes causas vel maiores va'alli commiserint, §. sed quia naturalium, qua fuit prim. cau. benef. amit. lib. 2. tit. 24. §. 1. in quib. cau. feu. amit. lib. 21. feu. tit. 23. §. fin. quib. mo. feud. amit. lib. 1. tit. 17. Et in summa concludunt interpretes, in omnibus causis ingratitudeis, ex quibus iusta est exhereditatio, de quib. in §. causis, et cum de app. cog. in autb. reuocatio donationis, de quib. in l. si. C. de reuoc. donat. o. & matrimonii dissolutio, de quib. in l. consensu, cum §. de v. pu. C. elle & feudi amissi. nem. Quod colligitur ex §. predictis modis, quæ fuit prima cau. benef. amit. & examinat Fran. Curt. quæ coaluit, in 4. part. tractat. de feud. c. ex quibus caus. feu. amit. in 30.

¶ Ad ¶ causas quoque ingratitudeis, quæ feudum adimunt, pertinet: si va'allus feudum vel feudi conditionem ex certa scientia inficiatur, & propter inficiationem sit conuentus, nam spoliatur eo: ignorant vero subuenitur, quia si dubitet, dubitanter respondere debet, in §. va'allus si feudum. & in §. va'allus feudum, si de feud. def. fuer. contro. lib. 2. tit. 26. §. fin. de leg. b. Corrad. lib. 2. feu. tit. 34. Ceterum primum cognoscendū est, iure vel iniuria cliens se beneficiarium negauerit, pendenteque lite soluetur clientulo manus in feudum intectic. Nam placuit ob perfidiam ipso iure beneficiarium prædium in commissum non cadere, nisi causa perfidia primum discussa: & nisi prius sententia iudicis clientem suum patronus expugnauerit, hoc late explicat Moline. in consuet. Paris. tit. de materie feodal. §. 30. facit gl. in c. imperialem. §. callidis in verbo reuertatur. de prohib. feud. alie. per Feder. & ibi Aluaro. siue quis beneficiarium se negauerit, siue per annum & diem a fide obsequioque; cliens abstinerit, vel alio modo feudum in eaduci causam ceciderit, ex qua ob noxam prædium dandum sit lege commissoria domino. ¶ Iure ¶ quoque feudorum tacite videtur dominum offendere, & ideo priuatur feudo, qui sine eius voluntate vendidit, quod iam explicatum est in acquisitione feudi per successionem particularem ex emtione: quo & quando va'allus feudum alienauit, feudum esse definit apud emtorem quoque, §. feudum ea lege. ver. quod si va'allus, si de feud. def. controuer. fuer. & c. lib. 2. tit. 26. Punitur & tabellio amissione officii, & infamia, qui contractum conscripsit, c. 1. §. si quis vero, de prohib. feu. alien. per Lothar. lib. 2. tit. 32. & manus abfessione, §. callidis lib. 2. tit.

¶ Sicut ¶ dominus, nolentes & iniuros va'allos iure communi feudorū, & exceptis consuetudinibus priuatis, non pot in aliū alienare, §. ex ead. m. de capitul. Corrad. & c. imperialem. §. præterea, ducatus, de probi. alien. per Feder. glo. in l. in iudic. de fideicom. liber. in P. Hostiens. Joan. Andr. & copiose Felin. in cap. dilecti. de maior. & obediens apud Gregor. nisi necessitate adigatur ad venditionem, Bal. in d. cap. dilecti. argum. l. patronatus. & l. med. de oper. libert. facit d. §. præterea. & §. ex eadem. eod. Quæmodum enim interest domini, non mutare va'allus: ita subditorum non mutare dominos, Innocent. in cap. auditis, de præscrip. apud Gregor. etiam si mali sint qui præsumt, nec peiores eis contingant prioribus, & ne iam faturus ex compilationibus bonorum subditorum submotis, alii famelici succedant, qui reliqua tollant. Quod indicat apologeto Alopus, quem refert Aristot. lib. 2. Rhetor. ad Theod. cap. 20. herinacel, qui uocabatur esse volebat vulpi, in quam lapfam in foueam, miseram, & caninis mulcis repletam, cum incidisset herinaceus eius miserus rogauit, num uellet ut ab ea mufcas euelleret: cumque ipsa negasset, & miraretur, responsum accepit, iam, inquit, ha saturationum sanguinis trahunt, quod si has res excuties, famelicus uenient alia, qua quod tibi sanguinis restat, sorum ebibent. ¶ Aliæ ¶ causæ extinctionis feudi extra ingratitudeem sunt 25 quædam, veluti in feudo de cunera & cauea inopia domini, ob quam annozæ feudum extinguntur, si dominus sine periculo egestatis non possit præstare, §. 1. de nois. feu. li. 2. tit. 28. prior enim caritas a seipso incipit, l. præses pronuncia. C. de seruic. Quod in aliis feudis perpetuis nō admittit, utpote dominio uili in perpetuum in va'allum translato, in quo non est locus penitentia, §. in primis. in quib. modis feud. amit. §. & quia vidimus. & §. fin. qui feud. dar. post. lib. 1. tit. 1. tit. de nat. feud. eod. lib. tit. 7. §. 1. de feud. sine culp. non amit. lib. 1. tit. 21. §. sanctimus. quo temp. mil. inuestit. pet. deb. §. si facta, si de feud. def. contr. fuer. lib. 2. tit. 26. ¶ Veruntamen ¶ non dubito iure amicitia in iuramento hoc va'allitico, teneri va'allum subuenire etiam de propriis domino in extrema inopia, saltem in alimentis: alioquin, ingratum haberi & indignum beneficio. Non enim æquum est videre egentem, quem prius habuit in amicum, §. 1. de not. feu. lib. 2. tit. 28. sicut patrono egente tenetur alimentata præbere libertus, l. 2. de libert. & eor. lib. lib. 6. C. tit. 7. & donatarius, donanti: alioquin & ille libertate, & hic beneficio priuandus, gloss. in l. fin. de reuoc. don. l. si quis a liberis. §. alimenta de liber. agnos. P. Potest enim in hoc vitæ domini consulere, & ope ferre. Ideo non minus ad alimenta tenetur, quam ad defensionem & auxilium in bello ex lege fidelitatis, aliter alimenta denegans occidisse videtur, l. necare. de lib. agnos. in P. can. pasc. 88. distin. Poterant & olim, ut dixi alibi, feuda gardiæ & gastaaldiæ, §. si de pign. dat. feud. lib. 1. feu. tit. 11. §. 1. de feu. gar. lib. 1. tit. 2. & soldata. §. 1. & si quis dicat. dux. march. lib. 2. tit. 10. auferri ex nutu domini, vel post tempus, ad quæ concessa erant, quia nō erant perpetua. Poterant & ruinosiores va'allares ex arbitrio aliquando adimere feudum minimis va'alloribus, restituro tamen pretio, si quod accepissent, §. 1. de feud. dar. miss. va'allus lib. 1. tit. 16. ¶ Sed ¶ & quia duccatiam suam, vel aliquid aliud beneficium inuolenter tractauerit, nec admonitus resipuerit ab insolentia, beneficium exfutur, §. quicumque aduocatum. de pac. tenen. lib. 2. feu. tit. 27. ¶ Si ¶ clericus nō apertum feudum ecclesie promittens moriatur, antequam ad eum a possidente redeat, vel si reuersum iam pmiserit, sed ante inuestituram factam decesserit, euaneſcit feudum promissio: aliud in laico domino, §. 1. & 2. qui succe. feud. dar. tenen. lib. 1. tit. 3. §. 1. qui success. renean. lib. 1. tit. 9. ubi distinctio. §. fin. quib. mo. feud. constit. pot. lib. 1. tit. 25. §. moribus, si de feu. def. contien. sit int. dom. & c. §. 1. de cleric. qui inuest. fec. lib. 2. tit. 58. ¶ Amittit ¶ quoque feudum qui ipso iure vocatus ad eius successionem, consensit eos inuestiri, ad quos secundum rectum morem non pertinet, nec ad eum repetendum regressum habet, §. præterea, quibus mod. feud. amit. lib. 1. tit. 5. cap. si quis, de feud. dar. in vic. l. commi. lib. 1. tit. 27. Idem si postquam fecit alii datum tacuit per annum, nec conquestus est, §. Titius filius, si de feud. def. content. sit. ¶ Nam ¶ & expresse va'allus potest feudum 26 dimittere, vocat reſutare, §. rursus, quibus mod. feud. amit. §. 1. de alienat. pat. feu. lib. 2. tit. 39. §. fin. de vas. qui contra consuet. Lotha. & c. lib. 2. tit. 38. & repudiare, §. 1. an agna. vel fil. des. possit reime feu. repu. here. lib. 2. tit. 45. nisi in lege beneficiaria contrarium iurauerit, probat late Iacobinus de Sancto Georgio tractat. de vovdis & homag. numer. 42. Bald. in c. qua in ecclesiarum. circa 6. col. m. verbo iuxta pramissa queritur. de constitutionibus. vel sit ligium, ut alibi monul. ¶ Extinguitur ¶ quoque feudum, si res data in feudum aliena fuerit, & emneatur a domino, cuius nomine patronus va'allio ignoraueat aliena in re accipienti tenetur, §. de inuestitura, de inuest. in re alie. salt. li. 2. feu. tit. 8. §. 1. de feu. vas. ab ali. interp. fuer. li. 2. tit. 25. ¶ Licet ¶ si va'allus non pot officia va'allitica subire, feudum amittit, 27



ut si clericus, ut alibi diximus, fiat, vel habitum religionis susceperit, & deponat armatam militiam, § 1. de vassal. mil. qui arma depon. lib. 2. Feud. tit. 21. §. qui clericus, si de feud. def. conuol. sit. Et c. §. fin. de feud. form. eo. 2. lib. tit. 30. Si quid commiserit ut postea in curia residere non possit ad obsequia exhibenda, §. 1. an ille qui inors. fiat. domin. sui fen. amitt. lib. 2. Feud. tit. 37. Sic de aliis, non enim datur beneficiū, nisi propter officium, quod qui non potest exhibere, amittere debet & beneficiū, §. fin. de vassal. mil. qui arma depon. §. si. an mutus vel alius imperfect. Et c. lib. 2. tit. 3. c. si de rescripti. in 6. can. eos. can. si quis sacerdotum, §. 1. dist. c. pastoralis, de appellat. apud Gregor. cum similib. Quamuis in Gallia obsequia praestari possint per vicarium, & ita non priuentur vassalli, nisi si quid aliud, vel eximer, vel culpa, vel locorum consuetudo suadeat. ¶ Amittit ¶ & feudum quis per renuntiationem factam in fauorem alicuius in manibus domini, §. 1. de vassal. decrep. at. lib. 2. Feud. tit. 1. 4.

Anacephalæosis eorum, quæ ingratitude excusant vassallorum, & culpabilem & ingratorum reddunt dominum.

C A P. 20.

- 1 Eadem quæ debet vassallo domino debet & mutuo dominus vassallo. Incoluente, tum bonis tum fidei, Et c.
 - 2 Regula, Felonia eadem quæ vassallo priuatur feudo, & reddit ad dominum, eadem priuatur dominus proprietate, quæ peruenit ad vassallum.
 - 3 Quæstio num tyrannum principem occidere liceat, & inibi variæ sententiæ grauisimorum auctorum.
 - 4 Tyrannicide quando in pretio, & de necatis & expulsis regno tyrannis.
 - 5 Tyrannos occidere vel eicere, nec singulis, nec semper esse concedendum.
 - 6 Obediendum etiam disculis principibus.
 - 7 Plebs odit principes suos bonos.
 - 8 Sponte quidam potestatem regiam abdicant.
 - 9 Tyrannus quis dicitur.
 - 10 Tyrannorum facta quæ, & regis veri.
 - 11 Principi turpis iubeatis non tenentur obedire subditi, uxores subditorum non potest ad concinia vocare sine marito princeps, Et c.
 - 12 Princeps ob crimina potestatem priuandus, non a quolibet, sed cum consilio, Et summo Pontifice consilio.
 - 13 Chiblericus, ut inuitis regno, amicus a summo Pontifice Zacharia: Constantinus & Leo ab imperio per Stephanum Papam.
 - 14 Plebs & vulgus semper in Principes male suspicatur, ideo vulgus non audiendum.
 - 15 Reges Spartiarum Eporhis subditi.
 - 16 Minores vassallos conquiri possunt, apud superiores dominos de patronorum suorum gubernatione.
 - 17 Resolutio quæstionis, num liceat, priuatis manus in superiores iniicere.
 - 18 Remedia, quibus sine sanguine vassallus potest se liberare a patrono improbo.
 - 19 Potest ob acceptam iniuriam, scuitam, & ingratitude vassallus se liberare ab homine patroni & fide. Exempla in comite Flandrensi, & heroe Rayfia, prouincia Castille.
- ¶ An ¶ superius docuimus, mutuum causam esse fidelitatis patroni & clientis beneficiarii: Sicut eam fidem vassallos seruare debet domino, ita & is vassallo. Et incoluente, tum quoque, honestum, vtile, facile, possibile, quæ forma fidelitatis sunt, & debentur vassallis: debentur quoque a dominis, §. 1. de for. fidel. lib. 2. Feud. tit. 6. can. de forma, 22. §. 5. ¶ Proinde ¶ generalis constituta est regula, ex omnibus causis & omni felonia, quæ vassallum feudo priuatur, & dominum quoque proprietate priuati, §. 1. qual. dom. prop. fen. priua. lib. 2. Feud. tit. 47. quæ ad vassallum pertinet, siue peccaverit in vassallum, siue in alium, §. domino committente si de feud. def. conuen. sit. Et c. lib. 2. tit. 26. Arbitror ita consilium esse vassallis, ne manus iniicere etiam in dominos feutores præter modum, factolue tyrannos vindicandæ iniuriæ illatæ causæ audeant.
- ¶ In ¶ qua quæstione est proprius locus disquisitioni, num tyrannum principem vel dominum occidere vel expellere liceat. In cuius resolutione perniciose erratur, & iura diuina & humana leui negotio violari possunt. Baldus disputat, num intolerabiliter opprimetem suos dominum vassalli expellere loco possint: & post

multa resoluunt, non licere, Bald. in l. ex hoc iure, de infir. Et iur. verum alibi dicit Bald. in l. rub. P. vers. quicquid sit. non teneri illi obedire. Aluarotus a superiori priuati hunc iure suo posse ab Imperatore vel Papa. D. Thomas in 2. senten. artic. pen. ait etiam occidi posse & cum merito a subditis: at in concilio Constantiensi, sessio. 15. condemnata est sententia ut hæretica, quæ dicit, quod quilibet tyrannus potest & debet licite occidi per quemcuque vassallum suum & subditum, etiam per clauales infidias, & subtiles blanditias vel adulationes, non obstante quocumque iuramento seu confederatione factis cum eo, non exspectata sententia vel mandato iudicis cuiuscumque. ¶ Proferam ¶ itaque in utramque sententiam auctores, meam postea subiciam. Primum satis superque apud antiquos, imo & omnibus seculis tyrannos & subditorum oppressores inuitos & exosos fat scio, & illis magis, quibus libertas gratior existit. Et proinde isti summam tyrannicidæ gloriam esse putant. Beatus, inquit Cicero, 1. Philipp. novo, qui ea lege viuunt, ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria occidi possint. Et rursus Cic. Philipp. 2. hæc, inquit, non cogitas, nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse, quam sit pulcrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere. Refert Valerius Maximus lib. 2. Harmodio & Aristogitoni, qui Athenas liberare tyrannide conati sunt, positas effigies aereas a Xerxe vi, be porto asportatas, longo intervallo Seleucum in pristinam sedem curante reportandas: easque Rhodios urbi suæ appullas, in h. spiritum publicum inuitasse, atque in factis puluinaribus collocasse. Erat apud Græcos lex, ut tyrannicide præmio, eoque maximo donaretur, pro quo consequendo orationem elegantem edidit Lucianus Orat. pro tyrannicide. Neque etiam satis pretii esse prælitum adhuc putabant ei, a quo necato tyranno foci, fortuna, liberi, coniuges, salus ac libertas omnium, postremo ipsæ diuina aræ, atque templa redimerentur, Thomas Morus in orat. Lucianica superiori respondente. Romulus clientelæ primus Romæ auctor statuit, ut patronus, qui clienti fraudem faceret, facer esset, Dion. Halic. lib. 2. Exiit a Romana republica decemviri Romæ sibi tyrannidem viurpantes, Halic. in 11. Et Athenis triginta prætores effecti tyranni, primum exilio multati, deinde trucidari: Iustinus libro 5. hist. ex Trogo Pompeio. Scribit Quintilianus, lib. 10. Alceum aureo plectro donatum, quia sit tyrannum insectatus. Ique alibi, idem Quintil. lib. 7. legem meminit apud Græcos fuisse, ut tyrannicidæ imago in gymnasio poneretur, Plato tyrannos, ut patricidas ex republica eiciendos pluribus disputat, Plato lib. 8. de republ. in fin. Et plura congerit in tyrannos Xenophon, in Hierone seu tyranno. Celebris est memoria Timoleontis Corinthii, quod occiderit Timophanem fratrem natu maiorem, cum ciuitatem tyrannico more gubernaret, multosque ex primoribus ciues inde natos necaret, simul ac adhortatus eum fuisset, sed in vanum, ut mutata animi cupiditate a recepta desisteret, ac admissorum in ciues facinororum emendationem quæreret: quodque persuadere non potuerat, teste Gemistio Pletho, lib. 1. de gestis Græcor. post pugnam Mantineam. Hic etiam Dionysium Sicilia tyrannum iniuriorem, Corinthum priuatum remisit, eodem Gemistio. Legimus expullos regno tyrannos iniuste imperantes, Tarquinium Superbum a Romano, apud Livium, Plinium iniuriorem, de vir. illust. Dionysium Halicarnassum, & alios Dionysium, a Sicilia regno, Iustin. lib. 21. Childericum Clodouei patrem, a Francico, Gregor. Turonen. lib. 2. de gest. Francor. cap. 12. Eoriam regem Gothorum, ab Alneris, idem Gregor. Turonen. lib. 2. cap. 20. Iussit Deus Ieha filio Iosaphat, ut percuteret Ioram regem, domum Achab tyranni, & videretur sanguinem seruorum Dei, 4. Reg. 9. 10. Occisa est interfectrix filiorum regis Athalia a populo iussu Ioadæ, 4. Reg. cap. 11. Excusserunt iugum regis Reboam ob eius oppressionem tribus Israelis, 3. Reg. 12. Et transfert regna Deus ob scelera principum, sicuti & ob peccata populi, Ecclesiast. cap. decimo. Eges cap. secundo. Sic principio quidem omnes ciuitates Græciæ sub regibus viuebant, quando non barbarica licentia viuebant, & iuxta patrios mores ac leges iustas regnum exercebant: dumque regnatum est certis conditionibus, ut apud Lacedæmonios. Sed postquam aliquot eorum abuti ceperunt potestate, & in rebus administrandis non tam leges sequi, quam suam voluerunt libidinem, regni tædio magna pars Græciæ mutauit statum publicum, in leges & magistratus translata potestate, quæ conferrentur respública, ut auctor Dionysius Halicarnassus lib. 5. anti. quit. Roman.

¶ Ceterum ¶ in diuersam sententiam, & exempla, & rationes quoque suadent non esse hoc singulis permittendum, nec semper

nisi publica sint huiusmodi bene consultata decreta: & periculosa & infandissima alioquin ea haberi, & quae breui omni speciei rerum publicarum interitum minentur. David noluit mittere manum in Christum domini, in regem Saulem, cum potuit, 1. Reg. 24. & 26. qui tamē cum iniuste affligebat & prosequeretur, quinimo eum, qui vulneratum etiam volentem necauit, morte puniuit, 1. Reg. 31. Datan, Core, & Abiron, in principem suum rebelles, vni terra absorpti sunt, exemplari iudicio, Numer. 16. ¶ Non est potestas nisi a Deo, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit: ad Roman. ca. 13. Et ideo Paulus maledicens iudici, qui contra legem eum percuti permiserat, monitus esse principē, falsus est se peccasse, quia, inquit, scriptum est, principi populi tui non maledices, Act. 23. Diuus quoque Petrus iubet nos obedire dominis non tantum bonis, sed etiam discolis, 1. Pet. epist. 1. ca. 2. Et ideo recte olim apud Gallos, de republica non licebat, nisi cum consilio loqui, 1. Inl. Cef. lib. 6. belli Gallici. ¶ Populus ¶ & potissimum qui ex illo impio sunt, impatientes dominationis, quae eos instruat, sunt: & praecipue excellenter plebs, quae manu proprio omnia aggreditur, vt notat in republica Thebeorum Polybius, lib. 6. Et oderit dum metuat, Cic. 1. Offic. ¶ Vnde ¶ plures grauissimi viri potestatem regiam sponte exiuerunt, alii deponere desiderauerunt, si licuisset, vt Timoleus Corinthius Siculorum amore in regem electus, maluit se diligere quam metui: vt cum primum potuit imperiū deposuit, priuatusque, Syraculis, quod reliquum vitae fuit, vixit, & Em. Prob. in Timoleont. Deposuit & potestatem Sylla, Appia, lib. de bel. civil. Deponere saepe imperium voluit Augustus, Dion Cass. lib. 52. Zonar. tom. 2. in Octavianum. & Al. Perin. Inl. Capit. in Eliso Perinace. Et merito, inquit Tho. Morus, lib. 1. Utopia, abstinent sapientes a regenda republica habentes satis, vt quia aliena stultitia mederi non possunt, ipsi saltem sint, in iusto, veluti qui effusum in plateas populum, cum ab imbribus ad recta reuocare non possunt, consulte agunt, qui semet intra recta continent. Sunt itaque rationes, quae in hac quaestione concurrunt, hisque aliae possunt addi plures similes, a quibus abstineo. ¶ Et, ¶ vt me paucis expediam, quid sit tyrannus, primum explico. Tyrannus, inquit Seneca, lib. 1. de clementia dicitur: a rege factus non nomine, quod olim regum erat. Quid, inquit Plato, quoties vir vnus recte ciuitatem instruit, quod nomen illi conuenit: nome tyranni & regis? Plat. in amatoribus, de tyrannide fecit tractatum. Barthol. tractat. & in l. decernimus, de sacrosanct. eccles. ¶ Et saepe pro bono principe apud poetas & oratores Graecos antiquos, & pro malo quoque accipitur: sed apud recentiores de malis plerumque dicitur. Et non tantum de regibus, sed etiam de aliis, qui male & crudeliter subditis imperant. ¶ Tyrannus ¶ itaque principes vocauit Guillelmus Bened. in repetit. cap. Raynut. ad verba, & vxoris nomine, in 304. qui subditos, vel hostium agricolas inuadunt, & frogas perdunt ex Diodoro Siculo in 3. dum de Iudeorum gest. agit. Et tot fere possunt esse capita tyrannidis, quot sunt species oppressionis & depraedationis subditorum. Nec solum rex vel Imperator tyrannus dici iniuste imperans potest, sed etiam alii qui tyrannice dominantur: si tamen plures simul dominantur iniuste, proprie & factionem committere dicuntur, vide D. August. lib. 2. de ciuit. cap. 21. Festus lib. 18. tyrannum dictum fuisse tradita Thurenoium insigni crudelitate. Facta tyrannorum namque in crudelitate consistunt, scire in ciues, delectari sonitu catenarum, sanguinem fundere, ad spectu suo terrere ac fugare: vt contra, boni regis & felicitas illius, multis salutem dare, & a morte ad vitam reuocare, ciues seruare, Senec. lib. 1. de clementia. in fin. & vt Claudianus ait, in 4. Honor. consulas.

— Sors ista tyranni

Conuenit, inuideant, claris, fortesq, trucidant.

Muniti gladiis viuunt, sepius venenis

Accipites habeant, arces, trepidiq, minentur.

Sunt & illi, quibus familiare illud absolute, sic volo, Iuuen. Satyr. 6. sic iubeo, sic pro ratione voluntas. Mandane monebat Cyrum, Xenophon lib. 1. Cyri ped. Regis dominatum esse non libidinem, sed legem: & contra, in tyrannide. Id ipsum firmat Plato in lib. ciuili vel de regno, quando, inquit, vnus secundum leges dominatur, regem vocamus, non distinguentes nomine illum, qui scientia solus imperat, ab eo qui opinione secundum leges solus etiam dominatur. Et quoties neque ex lege, nec ex more quisquam dominatur, simul atque scire se & prae leges hoc ut rectius fieri oportere, inest autem libido & ignorantia quadam, quae ad imitationem huiusmodi inducit, vir talis tyrannus est appellandus. Philo Iudaeus subscribit, & eum esse tyrannum, qui quae vult, sine ratione exsequitur, Philo Iud. lib. de confus. linguar. Et, Philo Iud. lib. 2. allegoriarum, differre a rege, quod hic

ius & æquum: ille iniquitatem introducat in rempublicam, tyrannicaque mandet, infesta corpori & animae, magisque molestias inferentia, vitiosas actiones & voluptates, quae nascuntur ex affectibus. ¶ In ¶ fidelitate & iure principis intelligitur exceptum ius etiam honestatis, vt eam per potestatem violare non liceat. Et ideo, inquit Baldus, si princeps inuitat seu vocat vxores subditorum ad tripudium, non tenentur venire, Bald. in l. quod ex liberta, de oper. libert. nisi & mariti vocarentur, vt vxores suas comitarentur, vt notat Martinus de Cefariis tract. de princip. nu. 16. Nec principis, qui contra ius naturale iubet, parendum est, can. non licet, 10. dist. 1. Aliter tamen, si contra tantum ius positium, Bald. in c. cum adeo, de rescript. Minus autem, si contra ius diuinum imperet, obediendum, cum potius sit obediendum Deo, quam hominibus, Act. 5.

¶ Ex ¶ quibus certe vera differentia bonorum & malorum proposita aperta est. Et cum priuati homines digni sint morte, vel exilio, ratione criminum: multo magis etiam & principes cōstat ob eadem crimina, mortis esse reos. Nec inficiari potest, quin ab illis saltem ad mendam iure non sit reipub. administratio, veluti furenti gladius. Et in eo consentio, at in modo dominos tollendi, non ad stipulor illis, qui permittunt id ipsum quibuslibet. Etenim semper sancta persona semper liberto & subdito, & filio, videri debet patroni & patris, l. liberti. 9. de obseq. a liber. & l. par. & patr. praes. lib. 37. P. tit. 1. 5. Haec seria serui, non a priuatis, sed ab omnibus ordinibus regni, si de rege agatur deponendo, tractanda est quaestio, & summus Pontifex consulendus, can. duo, & cap. imperator. 96. dist. 1. vt superior. ¶ Quomodo ¶ quando Zacharias summus Pontifex amouit, vt inutilem regno Childericum anteo domino 751. & substituit Pipinum, can. alius, 15. quest. 6. Paul. & Emyl. lib. 2. de gest. Franc. Et Stephanus Papa 2. priuauit imperio Constantinum & eius filium Leonē, cum non subuenissent ecclesiae contra Atulphum regem Longobardorum, & trātulit in Carolum Magnum, cap. venerabilem, de electio. apud Gregorium. ¶ Hominum ¶ vulgus in deterius semper contra principes & rempublicarum gubernatores suspicax, & contra, vt ait Horat. lib. 3. Carm. Ode 3.

Virtus repulsa nescia fordidā
Incaminatiss fulget honoribus,
Nec sumit aut poni securus
Arbitrio popularis aurā.

Atque vanae voces populi audiendae non sunt, l. de curionum, C. de pan. cap. Osius, de elect. cap. si erga, 8. quest. 1. nec sequendae, cap. miramur, 6. dist. 1. Miserumque nihil magis, quam si subditi velint ex suo arbitrio regem dominari, & sibi regem, non se regi subicere: inferior enim superiorum corrigere nequit, capit. cum inferior, de maior. & obediens. Et mores populi corruptissimi, in istis potissimum miseris malis, quibus quilibet sibi licere putat, quod opinatur: vere certe misera est vita principum, non dicam malorum, sed meliorum. Dum enim manum ad depellendam crimina adicere volunt, impiorum feruissime exandescit ira: oderunt enim, dum metuunt, & quem multi metuunt, multos odisse necesse est. Vnde satis infelix per se vita semper impendentium periculorum plena, vt ostendit Dionysius aule Siculae inclementissimus incubator, familiari quondam suo, solam beatam existentem vitam tyranni, dum gladium vagina raptum & a capulo de filo tenui pendentem mucrone demisso, iussit familiaris capiti imminere, Cic. 5. Tusculan. & Macrobi. in som. Scipion. lib. 1. cap. 10. Est & multorum bestia capitum populus, leuis, incertus, & ad seditionem & rebellionem facilis, dum tantum singularia, & ea quae ante pedes sunt, prospicit: durae ceruicis, vt opus non sit nec expediat principis sui censuram, nō dicam mortem ei committere. ¶ Si ¶ principes ex nutu subditorum, & ad huc singularium quorumcumque penderent potestate, certe non reges, sed in felicissima essent mancipia, nec monarchia sed democratia esset, peior regno Spartiatum, in quo Ephoro licebat legibus regem in vincula conicere, quemadmodum in Paulania contigit, & Emyl. Prob. in Paulan. Thucyd. in 1. Dicebant enim saltem illi causam, nec inauditi necabantur, vel eiiciebantur, quamuis illis oppositi essent Ephori pro fratre, Plato de ll. 3. Aristot. 2. Polit. cap. 7. vt apud Romanos tribuni plebis consilibus, Cic. 3. de legib. ¶ Habent ¶ & minores valuosiores, superiores alios dominos, ad quos refugiant, quorum opeliberentur a fide data: & liberati contemnant imperia patronorum ingratorum. Nec est si quibus concedendum, quod per magistratus expediti potest, l. non est sanguis, de reg. iur. Cur enim princeps & magistratus superior

rior patierat ad arma peruenire, quos potest sua iurisdictione cōpescere, laequissimum de usufr. in P. Et idcirco in medio iura posita sunt, ne quiquam sibi permittat vltionem, nullus, C. de feud.

17 ¶ Et ita exempla tyrannidarum hic sequenda non sunt, que vel in libera republica contigerunt, que regem non habebat, nec ei fe subiciēbat, nec Dei iussu & aliorum mandato; aut temere facta ex bono successu merienda sunt.

18 ¶ Sunt itaque alia remedia, quibus intacta persona domini quis se possit liberare a tyrannide & hominio patroni improbi: nempe refutatione vel distractione rei, ob quam prestat fidem: vt diximus, §. 1. de vafal. qui contra const. Loth.

19 ¶ Dehinc ¶ & illo quod ab initio huius capitis proposuimus, vt iure quis possit apud superiorem petere ab hominio, & si illud personale fuerit, solutionem, quod facile impetratur, Albertus de Rosa l. bene a Zenone, de quadrigen. prafcrip. in Nicol. Sicuti & ob nimiam feuitiam in seruos domini coguntur vendere aliis, h. 2. de iis qui sunt, vel vel alie iur. in P. §. penult. eod. tit. apud Iustin. Priuilegium enim meretur amittere, qui concessa sibi ab actu potestate. Comes Flandrensis a rege Francie priuatus comitatu, quod subditis petentibus ius non redderet, Bald. in Authen. statumus, C. de episc. & cler. Herois Rayfia curia Parisiensis decreto tamdiu fuit immans & soluta iurisdictione ac fide beneficiaria ducis Armorici, dum vinceret ob male tractationis causam, Ioan. Gallus in quest. deo. per Cur. arefco 340. In Hispania, prouincia Castellæ, que regibus Legionis parebat, a subiectione merito puratur se subtraxisse, quod Ordonius eo nomine secundus rex Hispania, contra fidem publicam datam comitibus quatuor Castellæ, vocatos ad se, interemisset; & quodam ex sua nobilitate creauit, qui de publicis priuatisque controuersis inter eos cognoscerent, eosque iudices appellari placuit, Francisc. Tarasa lib. de regib. Hispan. in Ordonio 2. & in Alfonso 4. Ita per iudices regitunc cepit, vt olim populus Israëliticus, 100 lib. iudic. & l. Reg. Erat autem ante Castellæ comitatus ex feudo regis Legionis, Fran. Tarasa in rege Raymario 2.

Post feudi priuationem, ad quem reuertatur. Cap. 27.

- 1 Feudum amissum ob ingratiuadnem in dominum ad eum redit.
- 2 Feudum mortuo vafallo sine herede legitimo, vel eo destituto vafallo, ad dominum redit.
- 3 Feudum paternum repudiatum vel alienatum, ad proximiores agnatos redit.
- 4 Feudum ademptum ob crimen aliud quam in dominum vafallo, ad proximiores, non ad dominum venit, num autem redeat, ad dominum confiscatione facta, inibi.

IN ¶ questione hac reuersionis feudi, distinctio adhibenda est inter superiores: an priuatur quis feudo ratione offense domini, an alia de causa. Nam concurrunt sæpe in petitione feudi dominus, & cognatus vltimi possessoris, §. i. de vafallit. qui arma de po. lib. 2. Feu. tit. 21. si propter commissam ingratiuadnem in dominum ad illum redit beneficium, §. denique, que fuit prim. caus. benef. amit. lib. 2. Feu. tit. 24. facit l. fin. de litigio. P. vt si concubuerit cum vxore, c. si miles, de feudo sine culpa non amit. lib. 1. tit. 21. §. 1. de vafal. qui con. const. reg. Lothar. & c. lib. 2. tit. 38. si beneficium alienet in con. salto domino, quia dominum contemnere videtur, §. fin. que fuit pri. cau. benef. amit. §. praterea, de capti. Corradi, lib. 2. tit. 40. §. 1. de vaf. qui con. const. Loth. reg. lib. 2. tit. 38. si feloniam commiserit in dominum, §. 1. an ille qui interf. fratrem dom. sui feud. am. lib. 2. tit. 37. si ab eo non petierit inuestituram, §. praterea, de probib. feu. alien. per Federic. lib. 2. tit. 55. Et si plures domini gradatim feudi sint, & superiorem minimus valuaflor offenderit, non ad dominum domini offensis, sed ad eum, a quo accepit, feudum reuertitur, nisi dominus a domino requisitus neglexerit petere a valuafloro satisfectionem §. illud quoque, de probib. feu. alien. per Federic. lib. 2. tit. 55. Ob prelati etiam culpā, ecclesia priuatur, quando is vixerit, feudo, quod dominus vel rex possidet, postea autem eo mortuo ecclesie restitui debet, §. fin. de capis. Corradi, lib. 2. tit. 20.

20 ¶ Quod si alia de causa priuatur quis, diuersi etiā sunt constituendi delationis modi: nam si morte defuncti feudum possessore vacuum sit, id est si sine herede legitimo decefferit vafallus, ad dominum redit, §. si em. si fuerint, quib. mod. feu. amit. §. fin. apud quem vel quos controuers. feud. de fin. tit. 18. vel si feudum destitatur vafallo, qui obsequia non possit prestare, §. fin. tit. episc. vel abba. & c. lib. 1. tit. 6.

3 ¶ At si feudum paternum alienatum est ab altero fratrum,

proximior, ad quem successio pertinet, repetit, non dominus, §. hoc quoque, de success. feu. lib. 1. tit. 8. fin. si alterius generis, dominus, §. et si clientulus, de alien. feu. Et feudum paternum a filiis repudiatum ad agnatos quoque pertinet, §. fin. an agna. vel filius def. repud. hered. possit reti. feu. lib. 2. tit. 45.

¶ Quod si ex graui quodam crimine in alium, quā dominum commisso adimatur feudum vafallo, puta quia homicida, non ad dominum, sed ad agnatos pertinet, si beneficium fuerit patetnum, §. denique, que fuit prim. cau. benef. amit. §. an ille qui interf. & c. non autem ad delinquentis filios, nisi agnatis non stantibus a domino nono priuilegio impetrent, §. 1. si vafal. feud. priu. Sed & hic variaz sunt considerationes in computandis gradibus admittendorum agnatorum, de quibus consules & de hac confiscatione Iacobinum de sancto Georgio in tract. de feu. in §. di. & que vafalli, nu. 8. 59. 60. Scribit Speculator prædia quæ in patroni inferioris clientela & alterius quam regis sunt, ipsi non sicut dari præterquam in crimine maiestatis læsæ, Specul. in tit. de feud. vers. 40. Faber etiam & in hoc crimine ad dominum clientis irriducimus ius feudi reuerti putat, Fab. in Authent. bona damnatorum, de bon. profici. C. Ceterum plura sunt hic consideranda in confiscatione faciendæ feudi, quæ tractat Alexander ad l. si finis §. si de veltig. libus, de dam. inf. P. nu. 26. & sequen. resoluat autem facile Iul. Clarus lib. 4. senten. iuris, §. feudum, q. 84.

De controuersis & iudiciis feudorum.

C A P. 22.

- 1 Species causarum de quibus iudicia feudalitium sunt.
- 2 Circa res controuersas feudales.
- 3 Feudi, & emphyteosis differentia.
- 4 Feudorum natura vt indaganda.
- 5 Que veniant in petitionem feudi.
- 6 Personæ de feudo contentendæ sunt, vel maiores, vel minores, vel æquales valuaflores inter se, cum aliis, & c. Et de foro haru. personarum, & questionibus.
- 7 Quatuor remedia vafalli: si dominus ei neget iustitiam.
- 8 Quomodo controuersie inter dominum & vafallos, & corā quibus iudicibus terminandæ.
- 9 Ex quibus causis vafallus ratione feudi agit contra dominum.
- 10 Feudo repetito a domino, heredes mortui repetunt, ab eo meliorationes.
- 11 Feudo redeunte ad dominum post mortem vafalli, quomodo finitius feudi inter dominum & heredes diuidendi.
- 12 Dominus ex quibus causis agit ratione feudi contra vafallum.

CONTRouersia ¶ quæ in tractatione feudorum considerantur, inter superiores & ad superiora confirmanda, erunt vel rerum ipsarum feudalium, vel propter res ipsas, vel quæ ab illis pendent, vel personarum pro feudo, vel pro his, quæ feudi sunt, vel aliarum rerum. ¶ Rerum ¶ feudalium potest moueri questio, num sint al. 2 lodiales, de quibus in principio & ibi differentia cum feudis, vel feudales, vel libellares, vel emphyteoticariz, cuiusque natura inspicienda, in quibus differant, quibus conueniant, & in quibus pugnent. ¶ Feudum ¶ differt ab emphyteosi in multis, de quibus te admonebit Speculator tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 4. Bart. in l. vt iurifurandi, §. si liberi, de op. libert. in P. Bald. in Auth. si quas ruinas, penult. col. de sacrosanct. eccles. C. & in l. qui se patris, col. 10. vnde lib. C. Distinguit ¶ hæc & a libellario erudite Cuiacius in i. feudorum: mouentur & iterum questiones in rebus feudalibus, cuius generis feuda sint, an sint regia, veltigia, vel fræca, & c. & in hac parte diuisionem feudorum euoluē, de qua antea.

¶ Propter ¶ res feudales in considerationem veniunt fructus, id quod interest, incrementa seu augmenta rerum feudalium, iura quæ ab illis pendent, inuestitura, fidelitas, & quæ ibi promittuntur, & quæ contra pacta sunt. ¶ De ¶ rebus feudalibus contendunt vel maiores, vel minores, vel æquales valuaflores: vel inter se vel cum aliis non valuafloribus: domini cum vafallis, & contra: vel heredes vafallorum cum dominis. Proinde & hinc varii modi agendi, variaz probationes, & tribunalia, & iudicia diuersa. Igitur si inter summos valuaflores, quos diximus capitaneos, vt puta duces, comites, marchiones, qui feuda regalia habēt, agatur, questio proponenda est agenda, & terminanda coram Rege vel Imperatore, §. 1. apud quem vel quos controu. feud. termin. deb. c. 1. de leg. Corrad. lib. 2. tit. 34. Si inter minores vafallos vnus domini de feudo vel eius parte, vel de finibus feudi controuersia sit, dominus feudi iudex erit, c. imperialem, in §. pen. de probib. feud. ali. per Feder.

sed si vnus tantum sit vassallus illius domini, & de illo feudo non sit controuersia, sed de alio, dominus non erit iudex, sed curiæ eius pares, d. c. 1. apud quem, & c. Quod si dubiū sit, quis litigantium sit vassallus, quod ambo præcedant inuestituram sibi factam noni feudi, vel ab eodem domino, vel a diuersis: tunc ad eundem est iudex ordinarius, vel arbitri constituendus, c. 1. §. si autem inter, de lege Conrad. Et si coram eodem domino vterque contestetur, & alius dicat feudum nouum, alius antiquum, ordinario quoque iudice vel arbitro vtendum, §. 1. de inuest. in marit. facta. non domino: qui quia nouum constituit feudum, in propria causa iudicare videretur: nisi velis admittere pares eius curiæ, §. an apud iudi. vel domin. controuer. feud. termin. deb. Cognitiono tamen domini est, si vterque litigantium feudum antiquum fateatur, & ab eodem inuestitore, §. 1. de inuest. in marit. facta. non si a diuersis: quia tunc ordinarius ad eundem vel arbitri, §. si duos. §. si tres, de pac. tenen. c. 1. an ap. iud. vel dom. §. c. 2. de capit. Conrad. Si inter vassallum & alium extraneum de feudo controuersia sit, ordinarius quoque iudex ad eundem, c. 1. de controuer. int. vass. & alium. Item si cum eodem extraneo de alia re quam feudali, in qua non est iudex cōpetens dominus, c. ceterum, de iud. & ibi interp. ap. Greg. nisi ibi esset dominica iurisdicō, Innoc. & Pan. in d. c. ceterum.

7 ¶ In quibus causis dominus iustitiam vassallo debet, nec eam vult exhibere, quatuor remedia vassallis parata sunt post legitimā interpellationem, vt adito superiore cogat eum sibi iustitiam impartiri, gl. & Aluar. in c. imperialem, §. prater ea, de prob. fin. alie. per Feder. facit l. 3. §. 1. de recep. arb. c. 1. de mil. vass. qui contu. est. vel ad eum iudicem ordinarium rei, & ibi eum cōueniat, d. c. imperialem, §. pen. c. licet, c. verum, & c. extranmissa, de for. comp. vel ad superiorem, ob denegationem iustitiæ prouocet, §. si tamen consingerit, vt differ. iudic. & c. in Ausb. c. 1. de mil. vassal. qui contu. est. c. irrefragabili, de offic. ordin. iud. vel petat dominum proprietate priuari, c. 1. qual. dom. propr. priuer. quia & denegans iustitiam domino vassallus feudo priuatur, §. item qui domin. qua fuer. pri. cau. ben. amit.

8 ¶ Quod si controuersia sit inter dominum & vassallum, ad res quoque controuersas primum animum aduerte: si enim non feudales sunt, iure ordinario ab ordinariis negotium terminabitur, ne sit iudex in causa propria dominus, can. si clericus, 11. q. 1. si de feudibus agatur, videlicet de inuestitura vel violentia, vel commissio, etiam si pares minores sint litigatoribus §. penult. de prohib. feu. alien. per Feder. & ibi Bald. & Innoc. in c. ceterum, de iudic. apud Greg. c. 1. de controu. int. vass. & episc. disputat de hac iurisd. Iacob. de Sancto Georg. in §. & d. vass. in tract. de feud. tunc si pares habet dominus, ii iudices sunt, Bal. in proem. decretal. in 1. rub. Felin. in d. c. ceterum, 9. col. §. 1. de controu. feudi ap. pares terminan. lib. 2. feu. tit. 16. si negent iuris decisionem, ordinarium adeat, cap. extranmissa, de

for. comp. illicitus, de off. presb. quem ad modum si pares nō habet, vel illi producendi sint in testes inuestituræ, vel alterius rei a domino vel vassallo, vt in c. 1. de pignor. dat. feu. lib. 1. Feud. tit. 11. & c. 1. qui testes sunt necess. ad prob. nouam inuest. §. 1. de consen. feu. lib. 1. tit. 23. & 26. ne fungantur duplici officio iudicis & testis, contra c. dilectio, de testib. ap. Greg. Et si agatur alia actione quam conditione feudali, puta remedio l. si quis in tantam, C. vnde vi. tūc erit ad eundem iudex ordinarius, Bal. in c. 1. de inuest. in mari. facta. ¶ Agit autem vassallus contra dominum qui promissit, se daturum inuestituram, vt det, §. fin. qui success. da. feud. venan. lib. 1. Feud. tit. 3. vt facta inuestitura & præstita fidelitate, dominus cogatur vacuā possessionem tradere, & ob moram omnem ei utilitatem præstare, §. fin. de no. form. fidelit. lib. 2. tit. 7. vt non liberetur dominus ab illa obligatione, etiam volens id quod interest cum poenitentia dati soluere vassallo, sed præcise tradere cogatur, §. si pacta, si de feu. def. consen. fuer. lib. 2. tit. 26. Petit, etsi feudum repetatur emittitum, vt restituatur pretium, c. 1. de feu. dat. minimis valuasor. Agit etiam, vt fides seruet, prout supra diximus: alioquin vt proprietate priuetur, ex causis quibus ipse priuaretur ingratus feudo. ¶ Sed ¶ & heredes eius a domino recipiente vel recuperante feudum, repetunt augmenta seu meliorationes in feudo factas, vel æstimationem earum, §. si vassallus, tit. hic fin. lex, & c. lib. 2. titu. 28. §. a contrario, de inuest. de re alien. facta. lib. 2. tit. 8.

¶ Et si decedente vassallo sine masculo, contingat feudum ad dominum reuerti: si moriatur ante Martium mensem, fructus ex integro domini sunt, si post Calendas Martii vsque ad Augustum, heredis vassalli. Si post Augustum, omnes domini, §. his cōsequenter, tit. hic finit. lex, & c. §. cum autem, si de inuest. feud. controuer. fuer. lib. 1. titu. 4. Agant & agnati de functi, vel quia priuati feudo contra dominum repetentem feudum, vt vocati ad feudum paternum antiquum ex pacto, ex consuetudine, & aliis modis, quibus sibi ius esse præcedunt, tit. si de feu. def. fuer. controu. & c.

¶ Dominus ¶ contra vassallum agit, vel quod neget eum vassallum feudumve ei dedisse, §. 1. & §. similiter, si de inuest. feu. controuer. fuer. & tit. de consen. int. dom. & fidel. lib. 10. & tit. seq. lib. 1. vel quod ingratus arguat, quod in commissum feudū cecidisse contendat, vel quod portionem aliquam feudi repetat, in §. 1. de consen. inter me & domin. de portio. feu. frat. lib. 1. tit. 12. Sed & qui emit feudum a vassallo, quod eundem a domino est, quanti sua interest repetit a venditore, §. si vassallus feudum, si de feud. def. consen. fuer. lib. 2. titu. 26. Et hæc sufficit de feudis dixisse, in quibus maioris, vt sæpe monui, ponderis erunt perpetuo singulares consuetudines locorum, quam quæ in Infubrum consuetudinibus, & in legibus cauta sunt. Ad alia nunc transferatur oratio.

Syntagmatis iuris vniuersi prioris partis Finis.

SYNTA-